Arguitur Ergo motiuū nō est genꝰ qa nō cōtinet sub se plures spēs. pbat. Nam ideo di it aliqd genus quia habet sub se plures spēs. Dicendū ꝙ motiua potentia est duplex. Quedā est motiua imperatiua que scʒ impat motū. ⁊ talis potentia est diuisa in multas spēs. qa cōtinet sub se intellectū voluntatem appetitus sensitiuos et sensus interiores sicut infra patebit. Alia est potētia motiua localis executiua. ⁊ tunc est dicendū ꝙ species accipit dupl'r. Uno mō p reali natura specifica. ⁊ sic nō est distinctio specifica in illa potentia. qa sicut dicit Aresto. iij. huiꝰ. ꝙ diuersa organa nō diuersificāt spē ipam potentiā motiuam. Alio mō accipit spēs p speali mō. ⁊ sic potētia localiter motiua executiua ē diuersarū spērū in diuersis aialibus qa aliqua aialia mouent localiter reptando sicut sunt serpentes et vermes. ⁊ aliq mouent volando sicut aues. ⁊ aliqua ambulando sicut homines.

Queritur Que sit rō ordinis istoꝝ generū potētiaꝝ. Dicendum ꝙ genera potētiaꝝ pñt dupl'r ordinari. Uno mō sm viam generatōis sm quā pcedit ab impfectis ad pfecta. ⁊ sic vegetatiuū est ꝑmū. deīn sensitiuū tunc appetitiuū. Deinde motiuū sm locum. ⁊ vltimo intellectiuū. Alio mō pñt ordinari sm ordinem pfectionis ⁊ sic est oppositus ordo. Istud aūt pōt esse manifestū compando ista genera potentiarū ad aiata. qa vegetatiuū inuenit in impfectioribus ꝙ sensitiuū. deinde appetitiuū. deinde motiuū sm locū ⁊ tūc intellectiuum.

Arguitur Appetitiuū etiam repit in nō aiatis. ergo nō ē potētia aie. Añs pbat. qa materia appetit formā. ꝑmo phoꝝ. Dicendū ꝙ est duplex appetitus scʒ naturalis q nihil aliud est ꝙ inclinatio nature ad finem vl' opatōem et talis appetitus etiā est in nō aiatis nec vt sic est potētia aie. Aliꝰ est appetitus aialis q sequit cognitōez alicuiꝰ appetibilis et talis solū inuenit in aialibꝰ. ⁊ de tali appetitu hic loquit Aresto. Appetitus enī sensitiuꝰ sequit cognitōem sensitiuā. ⁊ intellectiuꝰ cognitionem intellectiuam.

Queritur Utrum plures sint potētie in aia. Dōm ꝙ sic. Et pcipue in aia rōnali. Cuiꝰ rō duplex est. Prima aia pcipue rōnalis est pfectissima inter inferiores creaturas. ergo debet habere pfectissimas et plures opationes qa opatio est finis rei. et pfectior res habet pfectiorem finem. sed nō pōt habere multas opationes pfectas p vnā potētiam. qꝛ diuersaꝝ opationū sunt diusa pncipia. ergo oportet ꝙ illas pfectas opatōes habeat p plures potētias. Cuiꝰ rō est qꝛ illa que fiūt in supioribus per pauca media. fiūt in iferioribus per plura. Homo enī est ordinabilis ad eundē finē cum substantijs separatis. sed illū finē habēt substātie sepate p pauca ⁊ nō p mlta media sed inferiora sicut homo habēt illū finem per multa media. Secūda rō stat in hoc qa homo est compositꝰ ex duplici natura scʒ ex corporali qūo ad corpus et spūali qūo ad animaʒ ergo etiam habebit duplicem potentiā correspondentem illi duplici nature scʒ spūalem sicut est intellectus agens. possibilis et volūtas. Et alias potētias corpales sicut sūt vegetatiue et sensitiue. Et hoc ideo qa naturaliter potētia seqt naturā. sed in omni natura tria inueniunt scʒ esse posse et opari.

Secundus.

Arguitur Anima rõnalis plus accedit ad dei similitudinē q̄ alie forme. sed in deo nō est potẽtia. ergo etiā ipsa aia rõnalis nō habebit aliq̄ potentiā ergo τc.

Dicendū q̄ in aia rõnali duo inueniūt τ ſm hoc dupl'r sumit. Uno modo quo ad pfectionem operationū. Et quo ad hoc aia rõnalis magis accedit ad diuinā similitudinē. q̄a sicut deus perfecte operat ita etiā perfecte sunt operatões aie rationalis. Alio modo accipit aia rõnalis quo ad nūm potẽtiaꝝ. τ tūc nō habet silitudinē cū deo quia in deo nō est multitudo potentiaꝝ sicut in anima rõnali ea eniꝫ que fiūt per pauca in superioribus fiunt in inferioribus per multa.

Arguitur Anima est simplex i essentia. ergo etiā erit simplex in potẽtia τ sic nō erūt mlte eius potẽtie. ꝯña pbat quia essentia et potentia debent proporcionari.

Dicendū q̄ duplex est simplicitas. quedā est simplicitas p negatõeꝫ pfectionis. τ sic materia pma dicit simplex. q̄a ipa nō habet in se aliquā pfectionē τ talem simplicitatē nō habet anima. Alia est simplicitas p negatõem cōpositionis. q2 scꝫ res in se nō est cōposita. τ sic solus deꝰ est simplex. q2 cū summa sua pfectione nullā habet compositõem. et sic etiā aliquo modo aia rõnalis quo ad eius essentiā pt dici simplex q2 scꝫ nō est composita ex materia et forma. est tñ multiplex in virtute opandi. et ideo requirit ad tales opationes multitudo potentiarum.

Queritur Quot sint potentie aie rõnalis cõiuncte corpi.

Dicendū q̄ decē et octo quarū potentiaꝝ ipa aia est pncipiū q̄uis nō cõpletū. scꝫ tres potẽtie aie vegetatiue viꝫ nutritiua augmẽtatiua et generatiua. et q̄nq3 potentie sensitiue exteriores. scꝫ visus auditus olfactus gustus et tactus. Et sunt quatuor sensus interiores scꝫ sensus cõis q̄ locat sup̄ dextrū oculū. Et vtus ymaginatiua q̄ locat sup̄ sinistrū oculū. Et virtus cogitatiua q̄ locat in supiori parte capitis scꝫ in cacumine. Et memoratiua que locat in posteriori pte capitis. Et sunt duo appetitus sensitiui scꝫ irascibilis et cõcupiscibilis. Concupiscibilis est qui cõiūgit sensui cõi. Et irascibilis qui cõiungit vtuti cogitatiue sicut pꝫ iij. hūiꝰ. Itē in pfectis aialibꝰ est vna potentia localiter motiua p quā al' exequit motum et illa est originaliter in corde ſm q̄ ei coniungunt alia mẽbra. Inq̄tū aūt aia est intellectiua habet tres potẽtias scꝫ intellectū agentē possibilem et voluntatē. Et sepata aia a corpe iste potentie non manent actualiter. quia sunt in anima τ in corpore simul.

Queritur Utrum potẽtie aie distinguant ab aia. Dõm q̄ sic. Et pbat triplici rõne. Prima stat in hoc. Illa distinguūt realiter que distinguūt pdicamẽtaliter cū distinctio pdicamẽtalis sit realis. Sꝫ aia et sue potẽtie distinguūt pdicamẽtalr. Est eñ aia reductiue in pdicamẽto sbe. Sed potẽtie aie sunt in scda specie qualitatis. Circa maiorē sciēdum q̄ dupl'r cõtingit loqui de distinctione reali. Uno mõ sic. q̄ illa q̄ distinguūt loco τ subiecto q̄a scꝫ pñt abinuicē separi distinguūt realr. Et sic layci loquūt d distinctõe reali et cū eis cõcordāt aliq̄ moderni. Et sic est verū q̄ pdicamẽta nō distinguūt realiter. q2 nō sunt forme realr abinuicem diuise cū necessario accidens sit in subiecto. Alio modo accipit distinctio realis ſm q̄ essentia rei dicit res. Et sic illa distinctio dicit realis que est essentialis. Illa ergo que habẽt diuersas essentias etiam si nō pñt abinuicē separi distinguūtur realiter. et sic phi loquūt de distinctione reali cū dicūt q̄ pdicamẽta distinguūt realiter.

Scda ratio stat in hoc. Actus et potẽtia diuidūt quodlibet genus entis ſm Aresto. ix. metaphisice. et accipit Aresto. ibi genus ſm q̄ genus sbe distinguit contra genus accidentis vt sit sensus actus et potentia sunt eiusdem generis. i. si actꝰ alicuiꝰ potentie sit de genere sbe tunc etiam illa potentia erit de genere sbe. vtꝫ de materia τ forma. q̄a si forma est in pdicamẽto sbe etiam materia est in predicamẽto substantie. q̄ est potentia eius. Ex quo sic arguit. Opatio potentie est de pdicamento actionis sicut videre et audire. cū ergo actus et potentie sunt de eodē genere. oportet etiam q̄ potentia sit de aliquo genere accidẽtie. Et sic necesse est dicere q̄ potentia sit de genere qualitatis. Non ergo pt dici q̄ sit de genere sbe sic q̄ aia sit sua potentia.

Tercia rõ stat in hoc. si aia sit sua potentia sequeret q̄ aia sp esset in exercitio sue opationis. Sequela est falsa. q̄a aia nō semp videt nec semp audit. pbat tamen sic. q̄a si aia essꝫ sua potentia tūc essꝫ immediatū pncipiū sue operationis sicut nunc est immediatum pncipiū dandi esse vitale. sicut ergo aia semper dat esse vitale. ita si aia esset sua potentia semper daret operationem vitalē. τ sic

ſemper eſſet in exercitio operandi.

Arguitur Aug⁹. dicit ꝙ mens noticia et amor ſunt ſubſtantialiť in aīma. ſed iſta ſignificāt poťias. ergo videť ꝙ aīa ſit ſua poťia. ¶ Dicendū ꝙ iſta locucio pt dupľr intelligi. Uno mō ꝙ ſit locucio eſſentialis ſic ꝙ ſignificeť ꝙ mēs noticia ⁊ amor ſint ſbaliter ipſa aīa. ⁊ ſic locutio eſt falſa. Alio mō pt intelligi hec locutio vt ſit obiectiua. vt ſit ſenſus mens noticia et amor hñt ſbam aīe ꝓ obiecto et ſic loquiť Aug⁹. quia vult per iſtam locutiōem ꝙ in aīa noſtra eſt ymago trinitatis. q̄a ſicut vna anima ꝯgnoſciť per tres vires ſic vna eſſentia eſt in tribus pſonis. Uult ergo ꝙ ipſa mens ſiue aīa per memoriā tꝫ aīam. noticia cognoſcit aīam. amore amat aīam. ſic ꝙ vna ſbā memoriť teneť quo ad mentem. Noſciť quo ad noticiā ꝫ. amať quo ad amorem. Secūdo pt dici ꝙ iſta p̄dicatio eſt totius ptātiui in ſuis ptibus. ¶ Circa qd̄ ſciendū ꝙ totum vlē ineſt cuilibet ſue parti ſm eſſentiā et ptātem ſicut aľ hoi. et ideo pt hoc totū ſimpliciť p̄dicari de ſuis ptibus diuiſim ſumptis. Aliud eſt totum integrale ſicut domus et hoc nec ineſt ptibus ſm eſſentiā nec ſm ptātem. et ideo tale totū nullo modo pōt p̄dicari de ſuis ptibus ſumptis diuiſim. Iſta em̄ eſt mala p̄dicatio lapis eſt domus. lignū eſt dom⁹. Sed totū ptātiuū ineſt cuilibet pti ſm eſſentiā et nō ſm ptātem. et ideo hoc pōt p̄dicari de ſuis ptibus cōiunctim acceptis vt ſicut pōt dici calidum leue lucidū ſunt vnus ignis. Sic etiam pt dici ꝙ mens noticia et amor ſunt ſbaliter aīa. Et tamē ſicut calidū leue lucidū diſtinguūť ab igne realiter. ſic etiam iſte potentie diſtinguunť realiter ab anima.

Arguitur Materia p̄ma eſt ſua potentia et talis nō diſtinguitur realiter a materia. ergo aīa eſt ſua poťia ꝯña tꝫ p ſiľe. ¶ Dōm ꝙ nō ē ſiľe qꝛ nō ē icōueniens ꝙ aliqua res ſit ſua potentia paſſiua cum paſſio pōt fieri p eſſentiam rei et non p poťiam ſupadditam. Sed nō pōt aliquid eſſe ſua poťia actiua q̄les ſūt poťie aīe q̄ ſūt ad min⁹ actiue p⁹ ꝙ̄ recepeřt ſp̄es ſic viſ⁹ p⁹ꝙ̄ recepit ſp̄es viſibiles tūc videꝫ. Rō iſti⁹ diuſitatis eſt qꝛ ſic̄ dictū eſt ꝙ actus et potentia ſunt eiuſdē generis. cum ergo forma ſbalis que eſt actus materie prime ſit de genere ſubſtantie. neceſſe eſt dicere ꝙ potentia illius actus ſcꝫ materie p̄me etiā ſit de p̄dicamēto ſubſtantie ⁊ ſic nihil addit poťia materie ſup materiā realiter ſicut potentia aīe ſup aīam

Arguitur Forma accidētalis agit p eſſentiam ſuā. ergo etiam forma ſubſtantialis. Aňs ptꝫ de calore q̄ immediate agit in aquā q̄a niſi ſic eſſet ꝓceſſus in infinitū. ¶ Dicēdū ꝙ iſta ꝓpō nō ē vera ꝙ forma actñalis agit p ſuā eſſentiā. q̄a talia actña non ſunt ea que agunt ſed quibus aliqua agunt. et ſic ignis agit in aquā p calorem ſicut p proximū p̄ncipiū nō tamē calor agit. Cui⁹ rō eſt q̄a cum opari ſequiť eſſe eo mō cōuenit alicui opari quo mō cōuenit ſibi eſſe. Sed iſte forme actñales per ſe nō hñt eſſe. ⁊ ſic nō cōcediť ꝙ forme actñales agant p ſuam eſſentiam. Et ſi tūc repliceť. ſi de⁹ crearet calorem extra ſbam tūc talis calor agēt p ſuā eſſentiā. Rñdeť dupľr. Uno mō ſuppoſito ꝙ de⁹ crearet talē calorē pt ſbiectū. tunc daret ſibi talē actionem preť ſubiectū. Secūdo pōt dici ꝙ nō eſt poſſibile talem formā creari extra ſbam. quia creatio ťminať ad eſſe ſubſiſtens. Sed calor creatus extra ſbam non eſſet ſubſiſtēs. ergo nō eſſet creabilis. q̄r eſſe ſubſiſtentie caloris eſt eſſe in ſubiecto. cū ergo nō haberet ſubiectū tunc eſſet ſubſiſtens. et non ſubſiſtens quod implicat. Nec eſt ſimile de actñte ſine ſubiecto ſubſiſtente. poſtꝙ̄ p naturā ꝓductum eſt quia pōt cōſeruari ſine principali ſubiecto. ſed tñ talis qualitas non eſſet naturaliter abſ꜃ quātitate q̄ ſupplet ibi vicem ſubiecti.

Arguitur Aug⁹. dicit ꝙ potentie aīe nō ſunt in aīa ſicut actñs ergo ſicut ſubſtantia in eo cuius eſt ſubſtantia. ¶ Dicendū ꝙ duplex eſt actñs ſcꝫ cōe et ꝓprium Iam dōm eſt ꝙ potentie aīe nō ſunt in aīa ſicut accidens cōe. ſed ſicut accidens ꝓpriū qꝛ ipē poťie fluunt ex eſſentialibus p̄ncipijs aīe qd̄ eſt ꝓpriū actñtibus ꝓprijs. Actña aūt cōia fluūt ex p̄ncipijs indiuidualibus.

Arguitur Actñs nō extēdit ſe vltra ſuū ſubiectū ſed potentie aīe extendūt ſe vltra ſuū ſubiectū ergo nō ſunt actña. ¶ Dicendū eſt ad maiorē ꝙ actñs nō extendi vltra ſuū ſubiectū pt intelligi dupľr. Uno modo ſubiectiue et ſic eſt verū ꝙ accidens nō pt eſſe ſubiectiue niſi in ſuo ꝓprio ſubiecto. Alio mō pōt intelligi effectiue vľ obiectiue. et ſic eſt falſū quia actñs extendit ſe effectiue vltra ſuū ſubiectum. ſicut calor ignis agit vltra ſuū ſubiectum

ſcꝫ in aquã·ſic etiam obiectiue põt actñs vltra ſuũ ſubiectũ agere q̃a viſus põt obiectiue tende re in colorẽ extra ſe exiſtentẽ.

Arguitur forma ſimplex ſubiectum eſſe nõ põt·ſed aia eſt forma ſimplex ergo non eſt ſubiectum accidentiũ. ¶ Dicendũ ꝙ maior eſt vera de forma ſimple ſimplici q̃ nullã admittit compoſitõem ſicut eſt eſſentia diuina·ſed aia ñ forma ſimplr̃ ſimplex. ſed eſt ſimplex qꝛ non eſt compoſita ex materia et forma ideo põt habere in ſe actña etiã ab ipa realiter diſtincta.

Arguitur Senſibile et rõnale ſunt dñe aie· ergo ſignificant ſbam aie ſed ſenſibile ſumit ex ſenſu·ergo ſenſus eſt ſubſtantia aie et p ꝯñs nõ eſt poña· ¶ Dicẽdũ ꝙ ſenſibile capit duplr̃. Vno mõ ſm eius ꝓpriã ſignificatõem. ⁊ ſic ſenſibile ſignificat aliqđ compoſitũ ex corpe ſenſitiuo et aia ſenſitiua. et illo mõ ſenſibile eſt dña cõſtitutiã aialis·et ſic ſignificat idẽ realiter cũ aiali·Alio mõ accipitur ſenſibile ꝓut ſenſibile ſignificat habere ſenſum. ⁊ ſic ſenſibile eſt actñs et nõ differentia. q̃a ſenſus eſt qualitas extra eſſentiã aialis.

Queritur Vtrum poñe aie ſint in aia vt in ſubiecto· ¶ Dicendũ ꝙ quedã poñe aie ſicut intellectiue ſunt in aia ſicut in ſubiecto· Sed alie potentie ſunt in aia et corpe ſimul· Cui⁹ rõ naturalr̃ pt ſic ſumi q̃a ſemp eiuſdẽ eſt potentia cui⁹ eſt opatio·ſicut pꝫ p Areſto in libro de ſomno et vigilia· Ille em̃ poñe ſunt poñe aie tm̃ quarũ opationes tm̃ fiũt p aiam.ſed ille poñe ſunt aie ⁊ corpis quarum opationes fiũt p aiam et corpus ſimul.ſed manifeſtũ eſt ꝙ opationes intellectiue fiũt p aiaꝫ tm̃ opationes aũt ſenſitiue⁊ vegetatiue fiũt p animã et corpus ſimul·ergo etiã potentie vegetatiue ⁊ ſenſitiue ſunt in aia et corpe ſimul·

Arguitur Videt ꝙ ſint alique poñe corpis tm̃ ꝓbat. q̃a ſicut aia eſt tm̃ ſubiectũ potentiaꝝ ſpũaliũ·ita corp⁹ erit tm̃ ſubiectũ poñaꝝ corpaliũ·ꝯña tenet a ſili ¶ Dicendum ꝙ nõ eſt ſile·q̃a non equaliter ſe habet corpus ad poñas ſicut aia·q̃a aima eſt ṗncipiũ oim̃ poñaꝝ etiã corpaliũ ꝙ̃uis nõ completũ ſubiectũ·ſed corpus non eſt ṗncipiũ oim̃ poñarũ.et ſic nõ eſt aliqua potentia in corpe tm̃· Cui⁹ rõ eſt quia potentie que ponũt in aia ſunt potẽtię actiue ſed actio eſt a forma ergo etiam a forma fluũt potentie potius ꝙ̃ a materia· Et ideo nulla eſt potentia que tm̃ corpi cõueniat.

Arguitur Aug⁹.dicit ꝙ aia quedã ſentit ſine corpe.ergo aia habet aliquẽ ſenſum ſine corpe· ¶ Dicendum ꝙ aiam ſentire ſine corpe põt duplr̃ intelligi· Vno modo obiectiue ⁊ ſic eſt verũ ꝙ aia quedã ſentit que nõ ſunt in corpe ipſi⁹ aimati· ſicut qñ ouis ſentit inimiciciã lupi·q̃dã tñ ſentit cũ corpe ſicut ſentit aliquis vulnus vl' dolorẽ in corpe ꝓprio· Alio mõ intelligit ꝙ aia ſentit ſine corpe ſubiectiue et ſic eſt ſimplr̃ falſum· q̃a oportet ſenſũ organũ ⁊ ſenſitiuã opatõem ſemp eſſe in corpore ſicut in ſubiecto·

Arguitur Actña debẽt eſſe ꝓportionata ſuo ſubiecto·ſed potentie aie nõ ſunt ꝓportionate aie·ergo nõ ſunt actña ipſi⁹ aie· Minor ꝓbat.quia in aia rõnali qñqꝫ nõ ẽ potentia auditiua ſicut in ſurdo· Etiã in ceco nõ eſt potentia viſiua· ¶ Dicendũ ꝙ potentie aie capiũt duplr̃. Vno mõ generalr̃ ⁊ ſic cõuertunt cũ aia et ſunt ꝓprie paſſiones aie in generali· Alio mõ accipiũt pticulatim ⁊ ſic non oportet ꝙ adequent aiabus· Exempli grã. Aie vegetatiue ꝓportionant potentia nutritiua augmentatiua et generatiua et ille potentie ꝓportionant aie vegetatiue ſm ꝙ hmõi· Silr̃ ſenſus in cõi ꝓportionant aie ſenſitiue ⁊ nõ ille ſenſus vel iſte.et ideo oẽs ſenſus ſunt in aia ſenſitiua pfecti aialis ſi nõ ſit defectus ex parte corporis ꝙ aũt pfectũ al' qñqꝫ nõ habet viſum nõ ꝓuenit ex defectu aie ſꝫ ex defectu organi corpalis·

Queritur Vtrum potentie aie fluãt ab ipa aia· ¶ Dicendũ ꝙ oms potentie aie fluũt ab ipa aia ſicut a ṗncipio effectiuo ſicut inferius patebit ſed intellectiue potentie fluũt ab ipa aia rõnali ſicut a completo ſubiecto·et vegetatiue et ſenſitiue fluũt ab aia ſicut a ṗncipali ſubiecto· Cui⁹ rõ eſt qꝛ ṗncipium in vnoquoqꝫ genere eſt cauſa illoꝝ que ſub tali genere cõtinent· Sed aia eſt ṗor ſm naturam ſuis potentijs qꝛ omne ſubiectũ forme accidentalis eſt ṗus naturalr̃ in actu p formã ſubſtantialem añꝙ̃ ſibi ṗt ineſſe actñs·ſm ergo ꝙ tale ſubiectũ eſt in actu ſubſtantiali.ſic eſt ṗncipiũ ꝓductiuũ accidentis ſi ipm actñs ſit intrinſecũ ſubiecto·i·ortũ ex natura ſubiecti Si autẽ actñs ſit ab extrinſeco inductũ tunc ſubiectũ eſt ſuſceptiuũ talis actñtis ſed non ꝓductiuũ·et ſic

de Anima.

est ṗncipiũ subiectiuũ sed nõ effectiuũ.

Arguitur Ab vno non pñt fluere plura. sed aĩa est vnũ quo-
dam ergo nõ habet plures potentias. Dõm
q dupl'r est aliquid vnũ. Uno mõ substantia et
vtute sil'r ab illo nõ pcedũt plura. Alio mõ ali-
quid est vnũ in substãtia multiplex tñ in vtute
et ab illo pñt plura pcedere ꝑm aliquẽ ordinẽ. sic
aũt est de ip̃a aia. quia aĩa est multiplex in vtu-
te et ideo procedunt ab ip̃a multe potentie ꝑm
quendam ordinem.

Arguitur Anima est subiectũ poten-
tiarũ ergo nõ est ṗncipiũ
neqꝫ causa efficiẽs. qꝛ materia et efficiẽs nõ coin-
cidũt. Dõm q materia ex qua non coincidit
cũ efficiente sed bñ materia in qua. Et rõ est qꝛ
materia ex qua ꝑm q hmõi ẽ pura potẽtia effici-
ens aũt scdm. q huiusmodi est in actu sed impli-
cat aliq̃d esse in poña et in actu. sed materia in
qua est etiã in actu. ergo illa põt esse simul effi-
ciẽs et materia. Hic aũt est de aia qꝛ aĩa est ma-
teria in qua. i. subiectũ potentiarũ. ex quo ptꝫ q
aĩma est ṗncipiũ poñaꝝ in triplici genere cause
scꝫ efficientis materialis et finalis. q̃a aia pficit
p poñas. ⁊ sic pfectio que est in potentijs o'diat
ad aiaꝫ sicut ad finẽ. Est tñ ꝯsiderandũ q efficiẽ-
tia qua aĩa efficit potentias nõ est p transmu-
tatõem sed p simplicẽ emanatõem.

Manifestum autem

Postq̃ Aresto. posuit diffinitões aĩe enumerã-
do ptes aĩme. i. potentias in generali. hic ꝯñter
oñdit qũo se habeat cõis diffinitio aĩe assigna-
ta ad ptes aie in spẽali. Et dicit q q̃uis sunt
multe ptes aĩe sicut dictũ est. tñ manifestũ erit
ex infra dicendis q vna erit diffinitio aie sicut
et figure. qꝛ sicut figura nõ est ṗter il'ã et illam
figurã. ita etiã nec erit vna cõis diffinitio aĩe q̃
nõ cõueniat singulis aĩabus. Circa qd sciẽn-
dũ q Plato posuit ydeas vl'es in singulis reb'
nõ se hñtib' ꝯñter. et in illis rebus quaꝝ vltima
cõstituit' ex ṗori sicut sunt numeri et figure. cõ-
ponit' em̃ posterior nũs ex ṗori nũo et posterior
figura ex ṗori figura. in illis ergo que se habent
ꝯñter nõ posuit Plato ydeas. Cui' rõ est quia
ydee ad hoc ponũt' q sint cause illarũ rerũ que
fiũt de nouo. sed in illis q̃ se habẽt ꝯñter pri-
mũ est causa posterioris. sicut binarius ẽ causa
ternarij et ternarius ẽ causa quaternarij. et idõ

nõ oportꝫ ibi ponere cõem ydeam ad causandũ
spẽm sicut in alijs. Uult ergo Aresto. in textu q
sicut ꝑm platonẽ nõ est dabilis aliqua diffinitõ
figure que cõueniat ydee cũ ydea nõ sit in illis.
ita nõ est danda aliqua diffinitio cõis aĩe q̃ cõ-
ueniat ydee aĩe et nõ pticularibus aĩabus. Est
tñ verũ q sicut in diffinitionib' figurarũ primo
datur vna cõis diffinitio que cõuenit singulis fi-
guris. Ita etiã est dãda vna cõis diffinitio aĩe
que cõuenit singulis aĩabus. Scdo sicut ṗter cõ-
munẽ diffinitõem figure dant' singule diffinitio-
nes de singulis figuris. Ita etiã sunt dande sin-
gule diffinitões de singulis aiabus. Et sil'e est in
omnibus illis que hñt se ꝯñter. Qꝛ aũt ptes aĩ-
marũ et figurarũ se habeant ꝯñter. sic pbat q̃a
illa se habent ꝯñter quoꝝ ~~posterius est in ṗori~~
sed sic est de singulis aiabus. Maior ptꝫ ex rõne
illius qd est ꝯñter. Minorẽ pbat sic. q̃a illud qd
est in potentia includit' in eo qd est in actu. sed
posterior et pfectior aĩa siue figura se habet vt
aliquid in actu. ergo includit in se ṗorem q̃ habꝫ
se vt aliquid in potentia. Ex quo cõcludit Are-
stotiles q sicut triganũ est in tetragano. i. triã-
gulus in quadrãgulo ita vegetatiuũ in sensitiuo.

Arguitur Si vegetatiuũ est in sen-
sitiuo. ergo plures aĩe erũt
in vno corpe qd est incõueniẽs. Dicendũ q in
vno cõposito nõ sũt plures aie actuales ꝫ ẽ vna
actualis et alie vtuales vt ĩ homine est tm̃ aĩa
rõnalis actualiter. sed in eo sunt etiam vegeta-
tiua et sensitiua vtualiter. Sed ꝯtra hoc argui-
tur. homo denoiat' substantialiẽ ab aia vegetati-
ua et sensitiua. ergo aĩa vegetatiua et sensitiua
sunt in homine substantialiẽ. Dõm q dupliciter
aliquid est substãtialiter in alio. Uno mõ sbaliẽ
actualiter. i. ꝑm ꝓpriũ actũ et sic aia vegetatiua
et sensitiua nõ sunt in hoie qꝛ sunt ibi sub actu
aie rõnalis. Alio mõ aliquid est in alio sbaliter
vtualiter. ⁊ sic etiã aia vegetatiua et sensitiua
sunt substantialiter in homine. Sũt aũt ille aie
in homine nõ sub ꝓprijs substãtijs ꝫ sub substã-
tia aĩme rõnalis. Et ideo dicunt' esse substãtiali-
ter vtualiter in aia rationali. Simile est in figu-
ris. q̃a in supiori figura et pfectiori est inferior
et impfectior figura nõ actualiter quia tunc vna
figura esset diuersaꝝ speciẽꝝ sed substantialiter
vtualiter et nõ solũ vtualiter actũtaliẽ sicut di-
cimus q ignis p calorẽ est in aqua virtualiter.
non virtualiter sbaliter. sed virtualiter actũliẽ.

Queritur Utrū adueniente aīa rōnali aīa sensitiua corrūpatur. ¶ Dicendū q̄ nō ꝓprie corrūpit̄. Videt̄ tñ q̄ sic. Illud corrūpit̄ q̄ nō manet. sed adueniēte aīa rōnali aīa sensitiua nō manet. ergo ⁊c̄. Dicendū q̄ hoc ꝓprie corrūpit̄ qd̄ nō manet substātialiter. Quis ergo aīa sensitiua nō manet substantialiter actualiter. tñ manet ꝟ̄ualiter ꝟtualiter. ergo nō debet dici corrūpi. Et sil̄e est de elementis in mixto. de quib⁹ dicit Aresto. in ꝑmo de generatōe. q̄ nō manēt neq̄ corrūpunt̄. sed saluat̄ ꝟtus eoꝝ scȝ substantialis.



Quare et secundum·

Hic q̄ Aresto. dixit q̄ pret̄ cōem diffinitōem aīe etiā oportȝ dare pticulares diffinitōes de singul̄ aīab⁹. Jō hocipȝ ꝯcludit correlarie dicēs q̄ oportet querere que sit vniuscuiusq̄ rei aīa scȝ aīma plante hoīs et bestie. ¶ Circa qd̄ sciendū q̄ dupliciter contingit descendere determinādo de singulis aīabus. Uno mō manendo in genere vegetatiuo sensitiuo motiuo et intellectiuo. Et sic descendit Aresto. in hoc libro de aīa ad tractādū de singulis aīabus. Alio modo cōtingit descendere etiā ad pticulares spēs animatoꝝ ꝑm aīam vegetatiuā sensitiuā et intellectiuā ⁊ sic de aīabus determinat̄ in libro de aīalibus vegetabilib⁹ et plātis. Et p hoc intelligit̄ p̄ns textus. Quia Aresto. in hoc libro nō vult inquirere que sit aīa hominis plante ⁊ bestie. sed hoc facit in libro de animalibus et plantis.

Propter quam autē·

Hic ōndit quid restat determinandū. Et dicit q̄ declarandū est q̄re sensitiuū nō est sine vegetatiuo et tñ ecōtra vt i plātis. Deīn q̄rendū ē quare aīal nō pōt esse sine tactu et tñ tactus pōt esse sine aliis sensibus. sunt eīn aīalia multa q̄ neq̄ hn̄t visum neq̄ auditū sicut aīalia affixa petris et etiā alia q̄ mouent̄ ꝑm locū. In pfectissimis igit̄ aīalib⁹ est vltimū ⁊ minimū qd̄ est ratiocinatiuū sicut in hoīe vl̄ in aliis corpalibus etiā est rōcinatio sicut in corpibus celestib⁹. non tñ in omnibus aīalibus est rōcinatio q̄ queda aialia viuunt solum ymaginatione. i. fantasia. oportet igit̄ inquiri de vnoquoq̄ spēaliter. Et h⁹ idō q̄ si indistincte de istis determinaret̄ tūc essȝ doctrina ꝯfusa. Illa eīn p̄nt facilit̄ teneri que distincte et p ordinē tradunt̄.

Queritur Quare in quibusdā aīmatis repit̄ vegetatiuū absq̄ sensitiuo. ¶ Dōm q̄ ideo q̄a natura ꝓcedit ab impfecto ad pfectū. cū ergo vegetatiuū sit impfectius sensitiuo debet in quibusdā inueniri vegetatiuū absq̄ sensitiuo ⁊ sensitiuū absq̄ motiuo q̄ q̄ ꝑm naturā sūt ordinata sūt. sicut dr̄. viii. phẏoꝝ ergo oportet in naturalib⁹ ꝓcedere ordinate ab imperfectis ad pfecta.

Queritur Quare tact⁹ inuenit̄ in oī aīali ⁊ ñ alii sensus ¶ Dōm q̄ ideo q̄ sine tactu aīal nō posset diu pmanere in esse qd̄ sic ptȝ. q̄a p tactū cognoscit̄ dr̄ia in nutrimēto. nisi ergo al̄ haberet tactū statim cōiungeret aīali aliqd̄ nutrimentū qd̄ esset corruptiuū aīalis. ideo aīal nō posset consistere sine tactu. Alii aūt sensus nō sunt necessarii aīmali ꝑm q̄ al̄ sed de bene esse. Sunt eīn aīalia quedā que necessario hn̄t querere nutrimentū in distantia. q̄ scȝ nō hn̄t nutrimentū cōiunctū. et talia etiā hn̄t alios sensus quibus pcipiunt nutrimentū in aliqua distantia.

Queritur Quare intellectiuū vocat̄ vltimū et minimū in textu ¶ Dōm est q̄ dicit̄ vltimū ꝑm viā generationis et ideo est pfectissimū. q̄ via pfectionis includit oīa alia. Sed vocat̄ minimū ex tribus. Primo q̄a est immateriale et ergo habet minus de compositione. Sc̄dō vocat̄ minimū q̄a nō diuidit̄ in tot potentias sicut sensitiuū. Sunt eīn in aīa intellectiua dū tres potentie sed in sensitiua aīalis pfecti sunt noue sensus et duo appetitus. Tercio dicit̄ minimū p comparatōem ad subiectum. q̄a intellectiuū inuenit̄ in paucioꝛib⁹ subiectis q̄ sensitiuū vel vegetatiuū. Inuenit̄ eīn solū in hominibus loquēdo de intellectiuo qd̄ est rōcinatiuū. Quis eīn Aresto. loquat̄ cōditionaliter i textu q̄ rōcinatiuū inest hominib⁹. et etiā si est aliqd̄ corpaliū cui inest rōcinatio sicut corporibus celestibus. ꝑm veritatē tñ aīa corpis celestis scȝ aīa nobilis nō est rōcinatiua sed intellectiua p simplicem intuitum.

Necessariū est autem

Postq̄ Aresto. dixit q̄ de ptibus aīe sit determinandū sic q̄ nō sit danda vna cōis diffinitio de aīa. Jam ꝯñter ōndit quo ordine determinandū sit de ptibus siue potentiis aīe dicens q̄ ille qui vult facere pscrutatōeȝ id est pfectā inquisitōem

de his ptibus·debet ꝑmo ɔgnoscere quid sit vnaqueq3 ps·⁊ post hoc debet determinare de habitis·i·de illis q̃ cõsequũť ip̃as ptes. sicut sunt accidentia poñaꝝ siue ptium·Et supposito ꝙ ꝑmo debeat determinare de potentijs quo ad quid est tũc añ quiditatem oportet adhuc ꝑdeterminare de aliquib⁹ sc3 de actibus·Cui⁹ rõem ponit quia actus ⁊ opationes potentiarũ sunt ꝑores ip̃is potentijs: ꝺm rõem·i·ꝺm diffinitiuã cognitõem. q̃a sc3 poñe diffiniũť p actus·cũ ergo ptes diffinitionis cognoscanť ꝑus ip̃o diffinito·ergo etiam oportet ꝑus determinare de opatõibus q̃ꝫ de potentijs·Et si de opatõib⁹ est determinandũ ꝑus q̃ꝫ de q̃ditate poñaꝝ tũc oportebit adhuc de aliq̃ ꝑus determinare q̃ꝫ de opationib⁹ q2 de obiectis que sunt adhuc priora ip̃is opatõib⁹ cũ obiecta etiã diffiniãt opationes·Arguẽdo ergo de ꝑmo ad vltimum iste est ordo determinandi de ptib⁹ aĩe·ꝑus eñ debet determinare de obiectis q2 obiecta diffiniũt actus·Deĩ de opationib⁹ q̃a opationes diffiniũt potentias·Deĩ de potentijs·et vltimo d̃ accñtib⁹ poñaꝝ·Ex quo infert Aresto· correlarie ꝙ oportebit ꝑmo determinaꝛ de alimẽto qḋ est obiectũ ptis vegetatiue·Deĩ de sensibili qḋ est obiectũ ptis sensitiue·Deĩ de intelligibili qḋ est obiectũ ptis intellectiue·

Queritur Vtrũ poñe aĩme distinguanť p actus ⁊ obiecta

¶ Dĩm ꝙ poñe immediate distinguũť p actus·et actus vlterius per obiecta sicut dictũ est·Qḋ ꝓbať autoritate ⁊ rõe Autoritate Aresto·in h⁰ libro q̃ supra dixit ꝙ q̃a sentire et opinari sunt diuersa etiã sensitiuũ et opinatiuũ sunt diuersa Ex quo dať intelligi manifeste ꝙ poña sensitiua et intellectiua distinguũť p actus. Rõe aũt põt sic declarari·Primo ꝙ distinguãť poñe p actus· q̃a vnũqḋq3 distinguiť p hoc p qḋ hab3 diffiniri q̃a diffinitio est ꝑncipium distinguẽdi a quolibet alio·Sed poñe diffiniũť p actus ergo distinguũtur p actus·Minor pt3·q̃a vnũqḋq3 diffiniť ꝺm ꝙ est actu·sed poña est in actu p opationes ergo habet diffiniri p opationes·Rõ scḋi est sc3 ꝙ actus distinguũť p obiecta. q̃a oĩs actio hab3 suam distinctionẽ a ꝑncipio aut a termino·sic eñ dr̃ũt domificatio ⁊ albefactio. q̃a domificatõ est a domificante sicut a ꝑncipio·ad domũ sicut ad terminũ·Sed albefactio est ab albifaciẽte ad album·Sed obiecta sunt vł termini vł ꝑncipia potentiarũ·ergo actus distinguũť p obiecta ¶ Circa minorẽ sciendũ est ꝙ sunt duplices poñe anime·Quedã sunt poñe actiue sicut sunt poñe aĩe vegetatiue·Et dicunť actiue q2 agũt in obiecta sicut poña nutritiua agit in alimentũ trãsmutando ip̃m·Alie sunt poñe passiue q̃ sunt receptiue q̃a sc3 in se recipiũt obiectũ sicut poña visiua recipit in se colorem ꝺm siłitudinem. Est ergo ista drña in istis potentijs·q̃a obiectũ poñe passiue est ꝑncipiũ actionis sicut color est ꝑncipiũ visionis·Ex hoc eñ fit visio ꝙ color mouet visum·ß in potentijs actiuis obiectũ est terminus actõis siue finis. vt obiectũ poñe nutritiue est alimẽtũ ꝺm ꝙ est poña aĩatũ·sed ip̃a potẽtia nutritiua ad hoc opať vt obtineat nutrimentũ aĩmatum· Tunc eñ cessat nutritio qñ alimẽtũ est aggeneratũ alito·Ex quo pt3 ꝙ obiectũ nõ est ꝑncipiũ potentie ꝺm naturã sed ꝺm ꝙ in poña est aliq̃ opatio·Exempli grã·Color nõ est ꝑncipiũ poñe visiue ꝺm ꝙ h̃mõi·sed est ꝑncipiũ potentie visiue ꝺm ꝙ in ip̃a potentia est visio· et ideo q̃ꝫuis potentia videndi potest esse absq3 obiecto nõ tamen operatio visus.

Arguitur Vnũ habet tm̃ vnã distinctionẽ·ergo potentie nõ debent distingui per actus et obiecta ¶ Dicendũ ꝙ immediata distinctio alicui⁹ rei est tm̃ per vnũ. sed mediata distinctio põt esse per plura·sic ergo immediate distinguũť potentie per actus et mediantibus actibus distinguũť vlterius per obiecta·sicut homo distinguiť ab asino imediate per rõnale sed mediate per risibile distinguiť ab ip̃o

Arguitur Si distinguerenť potentie per obiecta et actus sequereť ꝙ sensus visus esset duo sensus·Sequela ꝓbať. q̃a habet duo obiecta· q̃a sensus visus est albi et nigri. ¶ Dicendũ ꝙ duplex est obiectũ alicui⁹ potentie sc3 per se ⁊ per actñs·Obiectum per se alicui⁹ potentie est qḋ adequate se habet ad potentiã·sic ꝙ nec excedit nec excediť a poña per oppositũ diciť obiectum per actñs qḋ excedit vł excediť a potentia·Exemplũ ꝑmi·vt color per se est obiectũ visus·extendendo colorẽ ad lumen· q2 tunc omne qḋ videť est color·et oĩs color ẽ visibilis·Albus eñ color nõ est adequatũ obiectũ visus q̃a qñq3 visus percipit colorẽ nigrum ¶ Per hoc ergo dĩm est ꝙ quelibet potentia habet tm̃ vnũ obiectum per se et a tali obiecto per se specificať potẽtia q̃ꝫuis habeat multa obiecta per accidens·ab illis eñ nõ sumiť spẽs potentie q̃a ob

iecta habent se in potētijs similiter sicut differētie
in substātijs sed nō ē incōueniēs vnā substātiā
habere vnā drñam ꝑ se sicut al sensibile sed ha=
bere multas ꝑ accñtes scȝ albū nigrū sanū ⁊ egrū

Arguitur Cōtraria maxime distāt ergo illorum nō erit vna potentia· et ꝑ ꝯsequens nō pñt cadere sub vna potentia· ¶ Dōm ꝙ potentia nō respicit per se vnā ꝑtem cōtrarioꝝ qȝ si sic tūc alterū cōtrario= rū spectaret ad aliā potentiā sed potentia respi cit duo cōtraria sub aliqua cōi rōe sicut visus re spicit albū ⁊ nigrum sub rōe coloris. ꝑ hoc ergo dicendū est ad argumentū ꝙ ꝙuis cōtraria ma xime distant in ordine ad subiectū in quo sunt· q̄a nō possunt esse in vno subiecto· nō tamē ma xime distant quo ad poñam cognitiuam q̄a pñt ꝑ vnā potentiā cognosci accipiēdo eñi duo cōtra ria ꝓut referunt ad sensum sic nō hñt ꝯtrarietatem sicut spēs albi et nigri nō sunt cōtrarie. q̄a pñt simul esse in vno medio ⁊ in vno organo· ſȝ nō in vno subiecto· Et si accipiant cōtraria quo ad potentiā intellectiuā tūc nō solū nō sunt con traria sed vnū est ꝑncipiū cognitōis alterius qȝ dicit Aresto. vi· topicoꝝ. tūc diffinitio vni⁹ cōtra rij est bene posita qñ ex illa diffinitōe pōt alterū cognosci· et ideo ptȝ ꝙ nō maxime distāt quo ad sensum aut quo ad intellectū·

Arguitur Illud nō distinguit alterū qd̄ est posterius eo sed ob= iecta et actus sunt posteriores potētijs· ergo nō distinguūt poñas· ¶ Dōm ꝙ actus capiunt du pliciter· Vno mō ſm ꝙ sunt in executione op̄is et sic actus sunt posteriores ipsis potentijs quia vt sic potentia est ꝑncipiū actus et ideo act⁹ cō= sequit poñam· Alio mō accipiūt actus ſm ꝙ sūt in intentione agentis. et sic sunt p̄ores potētijs sicut finis est p̄or agente ſm intentōem. Et sic dicit in textu ꝙ actus ⁊ opationes sunt p̄ores potentijs ſm rōem et diffinitōem· De obiectis si militer dōm ē ꝙ ea que sūt ad finē ꝓportionant fini· ideo oportet etiā obiecta ꝓportionari actib⁹ Vnde ptȝ ꝙ ista distinctio poñaꝝ ꝑ actus est a p̄ori et tñ extrinseca· Prima ps ptȝ· q̄a causa fi= nalis est p̄or illo qd̄ est ad finē· cū ergo actus et obiecta sunt fines poñaꝝ Ideo distinctio a fine est distinctio a p̄ori· Scd̄a ps ptȝ quia est distin ctio ꝑ causam extrinsecā et ideo est extrinseca si cut distinctio ꝑ causam intrinsecā est intrinseca

Arguitur Distinctio debet fieri ꝑ in trinsecā drñam· ergo male fit ista ꝑ extrinseca ¶ Dōm ꝙ est duplex distin ctio. Quedā est distinctio essentialis ꝑ itrinseca et illa debet fieri ꝑ ꝓpriā drñam loyce· ⁊ ꝑ intrin seca ꝑncipia phisice· ⁊ illa distinctione nō distin guūt poñe ꝑ actus et obiecta· Alia est distinctō circūlocutiuaq̄ scȝ circūloquit drñam nobis igno tam. ⁊ talis distinctio pōt fieri ꝑ extrinseca· Ex empli grā· rugibile distinguit asinū ab homine· et tñ manifestū est ꝙ rugibile est extrīsecū asino cū sit de alio p̄dicamēto. Dic etiā ad ꝓpositū di cendū est ꝙ ista distinctio poñaꝝ ē circūlocutia. et nō intrinseca q̄a ꝑ act⁹ circūloq̄mur drñaȝ poña rum. habent eñi poñe ꝓprias drñas in ꝓprijs ge neribus accidentiū· sed q̄a tales drñe sunt nobis ignote ideo oportet eas circūloqui ꝑ ordinem ad actū et obiectū. Nec valet qd̄ alij dicūt ꝙ relatio ad obiecta sit intrinseca ipsis potentijs· q̄a tūc poñe essent de p̄dicamento relationis. q̄a semper drña intrinseca est de eodē genere cū illo cui⁹ est drña intrinseca sed manifestū ē ꝙ poñe sunt de genere qualitatis. nō eñi significant poñe ipsas relationes sed cōnotant·

Arguitur Idem est obiectū diuersa= rum poñaꝝ· ergo poñe nō distinguūt ꝑ obiecta· Añs ptȝ· q̄a idem ē obiectū poñe cognitiue et appetitiue· ¶ Dōm ꝙ poñe nō distinguūt ꝑ obiecta materialiter accepta· ſȝ for maliter· ꝑ hoc ergo dicendū ē ꝙ ꝙuis ē idem ob iectū materialit poñe cognitiue ⁊ appetitiue si bi cōiuncte. nō tamen est idem obiectū formalit· q̄a hoc obiectū sub rōe cognoscibilis refert ad po tentiā cognitiuā· et sub rōe boni refert ad appeti tiuā poñam q̄a oia bonū appetunt· qd̄ si ē bonū delectabile ſm sensum tunc in ipm fert appetit⁹ sensitiuus· Si est bonū simplr tunc in ipm fert appetitus intellectiuus·

Arguitur Si obiecta distinguūt po tentias· ergo vbiqȝ distin= guent ipas et semꝑ. Sed hoc nō quia idē est ob iectū sensuum exterioꝝ et sensus cōis· ¶ Dōm ꝙ obiecta nō qualitercūqȝ accepta sed adequa= ta distinguūt poñas· sed q̄a obiecta ꝑticulariter accepta adequant sensibus exteriorib⁹ io distin guūt sensus exteriores abinuicē sicut color adeq̄ tur visui et sonus auditui ⁊ sic de alijs· Ista tñ simul accepta adequant sensui cōi et ideo distin= guūt sensū cōem ab oibus alijs sensibus· Vnde

De Anima·

pꝫ ꝙ sensibilia p se sunt dr̃nter obiecta sensuum exterioꝝ et sensuꝫ cōis· qꝛ si accipiāt singularit̃ tunc sunt obiecta sensuū exterioꝝ· Sed si accipiant sil̃ cōiter tunc sunt obiecta sensus cōis·

Queritur Utrum poñe sensitiue in diuersis aīalibus diuersarū spēꝝ sint vni⁹ spēi vl̃ diuersaꝝ· ¶ Dōm ꝙ sunt eiusdem spēi vt poñ̃a visiua in hoie ⁊ in asino est vni⁹ spēi· Qđ pōt pbari autoritate ⁊ rōe Autoritate Aresto· qꝛ postea dicit in capitulo de odore· ꝙ olfactus est eiusdē spēi in oībus olfacientibus p coopculū et sine coopculo·i·in respirantibus et nō respirantib⁹· Et hoc pbat ibi· qꝛ ex diuersitate organoꝝ nō sumit̃ dr̃ña specifica sensuum sed ex dr̃ña obiectoꝝ· Rōne sic· qꝛ sicut dictū est poñe distinguūt̃ p actus et obiecta· sed sunt eadẽ obiecta poñaꝝ in oībus aīalibus specifice distinctis· ergo etiā sunt eedem poñe ꝫm spēm vt visus in hoīe pcipit colorē sicut visus in asino·

Arguitur Actña ꝓpria hñt distinctionē ex pncipijs ꝫ sunt alia pncipia in diuersis aīalibus· ergo etiā poñe sunt diuersarum spēꝝ· ¶ Dōm ꝙ duplices sunt passiones· Queđā sunt passiones ꝓprie alicui⁹ speciei et tales fluūt ex pncipijs spēi· et p ꝯñs distinguūt̃ ꝫm pncipia spēi· sicut risibile distinguit̃ a rugibili p pncipia vtriusqꝫ. Alia est passio q̄ fluit ex pncipijs alicui⁹ cōis et non ex pncipijs spēi et tales passiones pñt esse vni⁹ spēi in diuersis speciebus· sic est de poña sensitiua in homine et in bruto qꝛ tales poñe fluūt ex pncipijs aīme sensitiue ꝫm ꝙ hmōi·

Arguitur Ex hoc sequeret̃ ꝙ eēt vna poña sensitiua ꝫm genus in homine et in bruto· ¶ Dōm ꝙ nō ē incōueniens ab aliquo pncipio generis fluere aliquā formā specificam sicut pꝫ de dyaphaneitate et albedine· dyaphaneitas eñ fluit ex pncipijs aeris ⁊ aque ꝫm aliqđ cōe innoīatū· sicut dicit Aresto· in caplo de visu· et tñ manifestum est ꝙ dyaphaneitas est forma specifica· Itē albedo est forma specifica et tñ est in diuersis specifice distinctis· sic ꝙuis aīa sensitiua in hoīe ⁊ in equo sit alterius speciei· tamen ex ea fluit vna forma specifica scꝫ potentia visiua·

Arguitur Omnis distinctio fit per pncipia· ergo male dicit̃ ꝙ nō debet sumi distinctio p pncipia· Dōm ꝙ duplicia sūt pncipia scꝫ formalia· et penes talia debent res specifice distingui· ⁊ sic distinguūt̃ potentie p ꝓprias dr̃ñas q̄s dr̃ñas qꝛ nō ꝯgnoscimus circūloq̄mur p compatōem ad actus et obiecta· Alia sunt pncipia materialia· et penes talia pncipia actña nō distinguūt̃ nisi materialit̃ et sic poñe nō distinguūt̃ penes pncipia subiectorū sed penes principia ꝓpria·

Arguitur Nihil fluit phisice ab aliq̄ ꝯmuni· ergo nō pōt dici ꝙ iste poñe simul fluant ab aīa sensitiua que est aliqđ cōe in hoīe et in asino· ¶ Dōm ꝙ cōe capit̃ dupl̃r· Uno mō ꝫm intentōem cōitatis· ⁊ sic est verū ꝙ a cōi nihil fluit phisice· qꝛ tūc loycus tractat de cōi et nō phisicus· Alio mō accipit̃ cōmune ꝫm ꝙ etiā inuenit̃ in suis inferiorib⁹· ⁊ sic a cōi aliquid fluit phisice· ꝫm ergo ꝓprie dictā locutōem posset sic dici ꝙ phisice fluit aliqđ a pncipijs contractis sed nō ꝫm cōem rōem· Exempli grā· Uisus in hoīe fluit ex pncipijs hominis Uisus in asino a pncipijs asini· sed non ꝫm illā rōem ꝫm quā sunt pncipia hominis ⁊ asini· sed ꝫm aliā generaliorē rōem scꝫ ꝫm ꝙ illa principia sunt principia animalis. sed manifestum est ꝙ animal est res phisica.

Quare primo de ali·

Postq̄ Aresto· dixit de potētijs aīe in cōmuni quo ordine de eis sit determinandū· hic determinat singulatim de potentijs aīe· et primo de potentijs vegetatiuis· Scđo de sensitiuis ibi· determinatis aūt· Tercio de intellectiua· et hoc in tercio libro ibi· de pte aūt aīe. Quarto de poña motiua ꝫm locū et hoc ibi· de mouente aūt·

Arguitur Uidet̃ ꝙ ista determinatio nō sit cōueniens· quia pteremittit poñam appetitiuā· ¶ Dōm est dupliciter· Primo ꝙ Aresto· principaliter determinat hic de istis ptibus ꝫm ꝙ constituūt gradus vite sed appetitiuū nō constituit gradū vite sicut dictum est· Scđo pōt dici ꝙ determinatio de appetitiuo simul fit cū determinatōe de motiuo· quia appetitiuū est principiū motiui sicut infra dicet̃· Aresto· ergo determinat in tercio hui⁹ diuersos esse appetitus quibus differenter possunt aīalia moueri· Determinando ergo de potentijs anime Primo determinat de vegetatiuo ꝓpter duas causas positas in textu· Quarū prima est· Illa aīa est prior que est fundamentū aliarū aīarū· Sꝫ anima vegetatiua est hmōi ergo ⁊c· Maior pꝫ

quia fundamentū pcedit fundatū. Minor ptz qr
organa sensuū fundant in ptibus viuentibus
aia vegetatiua. Scd'a rō stat in hoc. Illa aia ē
prior que est cōmunior scz q̄ in plurib' inuenit. sed
aia vegetatiua in plurib' inuenit. Minor patz.
q̄a inuenit in sentientib' et non sentientib'. Et
deinde Aresto. in textu adiungit diffinitōem aīme
vegetatiue. Et dicit q aia vegetatiua ē fm quā
rebus inest viuere. Et hoc ideo qr pncipiū et pn-
cipale pncipiū viuendi est aia vegetatiua. Deinde
enūat opa istius aie scz generare et vti alimēto
Et est cōsiderandū q sub ista pticula vti alimē
to comphendunt duo opa scz opus nutritionis
et augmentationis. Sicut ergo sunt tres pot̄ie
aie vegetatiue ita etiā sunt tria opa aie vegeta
tiue scz generare nutrire et augmentare.

Diffo aie vegetatiue

Arguitur Anima intellectiua ē prior
q̄a est pfectior alijs aiab'
ergo aia vegetatiua nō est prior. Dōm q aia
intellectiua est prior fm viā pfectionis sed nō fm
viam generatōis. p̄mo vt sic aia vegetatiua est
prior vt pbatū est.

Naturalissimū enim.

Quia nūc dictū ē q generare et alimēto vti sūt
opa aime vegetatiue. Aristo. pbat primā ptem scz
de generare et nō fuit necesse pbare aliā partē.
q̄a Aresto. circa primā diffinitōem aie qn̄ diffini
uit vitam habere posuit duo opa scz nutritōem
et augmentatōem. fuit ergo nūc necesse hic pba
re aliud opus vicz generare. Vel pōt etiā dici q
in textu sequenti scz est aūt aia. Aresto. pbat ge
neraliter q aia vegetatiua est pncipiū viuendi
quo ad oīa opa. Probat g° sic de generare. Illa
opatio que ptinet ad oēs viuētes est opatio aīe
vegetatiue. Sz generare est opus qd spectat ad
oēs viuentes tanq̄ naturalissimū nisi talia vi
uentia sint impfecta sicut pueri qui scz nondū ve
nerūt ad pfectū statū viuendi. vt aialia nouiter
genita. vl' orbata. i. puata principijs generatōis
vel genitalibus. siue hoc contingat ex natiuita
te siue ex impedimento superueniente vt castratio
ne. vl' nisi habeant spōtaneā generatōem. i. que
vident pprie et sponte generari. Dicit spontanee
p similitudinē qr vident ex ppria volūtate gene
rari et nō p agēs pticulare extrinsecū adiunctū
generant em̄ talia p solā influentiā corpoꝝ cele
stiū ex materia ad hoc disposita. Maior pbat.
q̄a aie vegetatiue est vitā dare. Illud ergo qd
cōuenit oibus viuentibus hec est ab aīa. vege-
tatiua que facit vitā. Minorē pbat Aresto. q̄a
vnūquodq; ens creatū appetit assimilari diuino
esse. sed talis assimilatio fit p generatōem. ergo
est naturale viuentibus appetere generatōnem
Maior patet qr oia que agūt p naturā agūt p
pter talem assimilatōem. Cui' rō est. q̄a oē ens
creatum est impfectū in ordine ad diuinū esse. cū
ergo omne impfectū appetit pfici aliqua pfectōe
quā nō habet. cū ergo oēs pfectiones sint in deo
sic appetit assimilari dīno esse. Circa qd tn̄ Are
stotiles distinguit q duplex est finis rei scz finis
quo et grā cui'. Intendit ergo Aresto. q res vi-
uentes appetūt generatōem sicut finē quo q̄ est
forma acquisita p generatōem. sed appetūt diui
nam similitudinē sicut finē grā cui' et vltimatū.
Minor pz. qr duplex ē cōditō diuini eē. Vna est q
diuinū esse est ppetuū. Scd'a est q diuinū eē est
causa oim alioꝝ. In his ergo duob' viuētia sūt
silia deo p generatōem. Primo quo ad ppetui-
tatē essendi. q̄a viuentia nō pnt manere eadem
nūo cū sint corruptibilia. ergo oportet q ppetui
tas in eis sumat penes spēm. q̄a ergo p genera-
tionē spēs diffundit. ergo p generationē aliquid
acquirit ppetuitatē que est conditio dei. Itē p ge
neratōem aliquid est causa geniti. Et ideo sicut
deus est causa oim rerū. ita generans est causa
geniti. Ex quo cōcludit Aresto. q p generatōem
aliqua res manet quodāmodo ppetua vl' fit per
petua nō fm idem in nūo sed fm idem in specie.

Queritur Vtrum naturalissimū ope
rum in viuentibus sit ge-
nerare sibi silē. Dōm q sic. Et hec pbat trib'
rōibus fm q tres sunt modi nature. Primo ca-
pit natura vt est principiū mouendi zc. Scd'o
capit p specie. Tercio capit vt opponit huic qd
est violentū. Est ergo prima rō. Illud est natu-
ralissimū qd cōuenit viuentibus et etiā alijs re-
bus naturalibus. Sed generare etiam cōuenit
alijs rebus naturalibus ergo est naturalissimū.
Minor ptz. q̄a ignis generat ignē aqua aquā q̄
sunt pure naturalia. Scd'a rō. Illud opus dici
tur naturalissimū p qd acquirit natura. Sed p
opus generationis acquirit natura siue spēs. er
go est naturalissimū. p nutritionē em̄ cōseruat
indiuiduū. p augmētationē acquirit pfecta q̄ti-
tas indiuidui. cū ergo indiuiduū nō sit natura.
sic illa opa nō vocant naturalissima ex pte ter
minoꝝ. q̄a nō terminant ad speciē. Tercia rō est

Hoc est naturalissimū ad qḋ natura magis in clinat. Sed ad opus generationis natura magis inclinat. ergo est opus naturalissimū. q̄a qñ ꝙ natura in detrimentū siue corruptōem indiuidui mitit̄ cōseruare spēm. sicut Aresto. dicit de lōgitudine et breuitate vite ꝙ aialia multi coitus sunt breuis vite vt passeres. Et sic opus generatōnis dicit̄ naturalissimū tripl̄r. Primo ex pte materie siue subiecti. q̄a in rebus pure naturalibus inuenit̄. Scđo ex pte termini. q̄a natura siue spēs acquirit̄ p generatōez sicut dicit scđa rō. Tercio ex pte finis. q̄ ad eā natura inclinat vt ad finē sicut dicit tercia ratio.

Arguitur Si generatio repit̄ in rebus pure naturalibus. ergo nō est opus aīe vegetatiue. ¶ Dōm ꝙ generatio accipit̄ dupl̄r. Vno mō generalit̄. et sic nō solū reperit̄ in rebus viuentib⁹ sed etiā in nō viuentibus. et sic nō dicit̄ generati esse opus aīme vegetatiue. Alio mō accipit̄ generatio specialit̄. ſm ꝙ fit a p̄ncipio intrinseco ⁊ sic est opus aīe vegetatiue. Tripliciť ergo differt generaē qḋ inuenit̄ in viuētibus ab illo generare qḋ ē in pure naturalibus. Primo q̄ generatō in viuentibus est a p̄ncipio intrinseco. q̄a semen descisū ab aīali est in ꝓxima poña ad hoc ꝙ sit ps ipsi⁹ viuentis ⁊ iđo sibi dicit̄ intrinsecū nō ſm actū sed ſm poñaz ꝓximā q̄ qḋ parū deest nihil deesse videt̄. ¶ Circa qḋ sciendū ꝙ in hoīe vl̄ ī aīali pfecto ē triplex digestio. Vna est digestio que ē in stomaco et ibi sepat̄ purū ab impuro. et impurū mittitur ad intestina. purū āt mittit̄ vsus epar. In epate ergo fit scđa digestio et iterū sepat̄ purum ab impuro et a tali impuro generant̄ crines et vngues in aīali. hoc aūt purū sic relictū mittitur in via vsus cor ⁊ tūc ṽtus cordis et poña nutritiua vl̄ ṽtus distributiua ſm medicos in corde exn̄s distribuit illud nutrimentū sic collectū ſm ꝙ congruit singulis mēbris. Ista ergo materia sic collecta est in ꝓxima poña ad hoc ꝙ vniat̄ cuilibet mēbro aīalis. Quia igit̄ natura maxime intendit ꝯseruationē speciei sic mittit vnā ptem illius materie q̄ debuit aggenerari cuilibet pti aīalis vl̄ viuētis ad vasa seminalia vt ex ea fiat generatio. Dicit̄ ergo illa materia seminalis a qua fit generatio intrinseca ipi generāti nō ſm actū quia nunq̄ fuit ps generantis. sed ſm ꝓximam poñam. q̄ illa materia ē sic disposita ꝙ nisi fuisset transmissa ad vasa seminalia ipa fuisset vnita cuilibet pti viuētis. Et ista est causa. q̄ ista ṽtus seminalis pōt ꝓducere hominē similē generanti. hoc eñ fit p ṽtutē in tali semine existētē.

Arguitur In omni generatōe fit resolutio vsq₃ ad materiam primā. ergo ista ṽtus formatiua in semine corrumpit̄ ⁊ p ꝯñs nō pōt fieri generatō ṽtute alicui⁹ seminis descisi ¶ Dōm ꝙ in generatōe viuētis sunt duo p̄ncipia sc₃ passiuū qḋ est materia ex qua fit generatio. et hoc in viuētibus amministrat̄ a matre vel ab illo qḋ habet cōditionem matris. et ex tali p̄ncipio fit substātia geniti. et tūc est verū ꝙ fit resolutio in tali embrione vsq₃ ad materiā p̄mā. Alia ē ps effectiue ꝯcurrēs ad generationē et amministrat̄ a patre. et illa materia sic āministrata nō intrat substātiā geniti sed solū agit ad hoc ꝙ forma introducat̄ in materiā si sit forma ītroducibilis per agēs naturale sicut sunt aīma vegetatiua et sensitiua. vl̄ disponit materiā ad h⁹ ꝙ per agēs superior forma introducat̄ sicut cōtingit in generatōe hominis. Exemplū ad ista est. vt in ouo pullus generat̄ ex vitello oui sicut ex materia. et albumē oui est nutrimētū pulli. Virtus aūt formatiua cōiungit̄ vitello et talis ṽtus cōsistit in quodā humido qḋ humidū ꝓducto pullo euanescit et expirat. ¶ Ex hoc pñt aliqua correlaria elici. Primū est ꝙ sicut in nullo effectu intrat causa efficiens ſm substantiam. ita nec etiā in generatōe animaliū ṽtus formatiua intrat substanti ī geniti. Scđo pōt elici quare ꝓles plus sequit̄ q̄titatē matris q̄ patris q̄ mat̄ administrat materiā ex qua t₃ se q̄titas. Scđa dr̄ña p̄ncipalis q̄ generatō in viuētibus fit per descisionē seminis. sicut plante generant̄ ex semine plante p̄oris. sic aūt nō est in generatōe pure naturaliū. sed in illis generatio fit per cōuersionē vni⁹ in alterū. vt ignis generat ignē in lignis per cōuersionē lignorum in ignē. Tercia dr̄ña est. q̄a ṽtus per quā fit generatio in viuentibus manet post corruptionē p̄ncipalis agētis. et ideo habet eundē effectū quem haberet si principale agēs non esset corruptum. Hic aūt non est in inanimatis. q̄ cessante principali agēte non pōt fieri generatio quia talis ṽtus generantis non pōt eē separata a generāte sicut in viuentibus.

Arguitur Hoc quod ē naturale omnibus viuentibus conuenit omnibus viuentibus. sed generare nō ꝯuenit

omnibus viuentibus sed nutrire. quia vt dicit in textu. imperfecta viuētia nō generāt neqꝫ orbata neqꝫ illa que habent spontaneā generationē. gᵒ actus nutritionis debet esse naturalioꝛ. ¶ Dōm ꝙ aliqua opatio pt dici naturalioꝛ dupliciter. Uno mō extēsiue. qa extendit ad plura in quibꝰ inuenit. et sic opatio nutritōis est naturalioꝛ ꝙ generatio qꝛ est cōmunioꝛ. Alio mō dicit aliqua opatio naturalioꝛ intensiue. qa scꝫ natura magis inclinat ad talē opationē. et sic generatō est naturalioꝛ. In quibus eīn oīa ista opa simul inueniunt ibi generatio est opus pfectius. tamē a generatione tria excipiunt scꝫ imperfecta orbata et habentia spontaneā generationē.

Consequēter ostendit Aresto. que p'cipiunt̄ p olfa ctū et intēdit q̄ sicut alij sensus sunt oppositoꝝ vt visu' ē visibilis et nō visibilis. audit' est audi bilis et nō audibilis sic olfactus est odorabilis et nō odorabilis. Et quia posset aliquis dicere q̄ obiectum debz p'porcionari sue potentie. ergo olfact' nō est ipsi' odorabilis et nō odorabilis. ideo Are stotiles distinguit de nō odorabili dicēs q̄ non odorabile dupl'r accipit̄. Vno mō negatiue quia nullo mō natū est habere odorē sicut lapis. et il lo mō olfactus nō est ipsi' nō odorabilis. quia sic nō odorabile non cōtinet̄ sub obiecto qd̄ est odor. Alio mō accipit̄ nō odorabile p'uatiue pro illo qd̄ habet paruū odorem sicut corpus odora bile p'ue q̄titatis et sic olfact' est ipsi' nō odora bilis. Dicit̄ etiam tertio mō inodorabile cōtrarie quia corrumpit olfactū ꝛ tale inodorabile etiam cōtinetur sub olfactu.

Arguitur Odorare etiam cõuenit in animatis. ergo non solum cõuenit animatis. quia dicit pomũ bene odorare. ¶ Dõm q odorare accipit dupl'r. Uno mõ ꝑm q est odorem facere. et sic pomũ dicit odorare q: de se facit. i. odorem emittit. Alio mõ odorare idẽ est q odorem ꝑcipe sive de odore iudicare. et sic odorare nõ conuenit inanimatis sed solũ potẽe olfactive vel alicui alteri potẽe sive sensui interiori. similiter qñ aer recipit in se odorem nõ dicit odorare id est odorem percipere.

Est autem olfactus.

Hic determinat de immutatiõe odoratus ab ipso odorabili. Et ꝑmo q̃tum ad mediũ. Sc'dõ q̃tũ ad organũ. In fine aũt de obiecto. q̃tum ad mediũ intendit q mediũ ipi' olfactus est aqua et aer. Et hoc ꝓbat de aqua quia aĩalia viventia in aquis sentiunt odorẽ quia ꝑ odorẽ mouẽt ad ad alimentũ distans. ergo odor ibi diffundit per mediũ aque et ergo ibi aqua est mediũ. Siliter ꝓbat q aer est mediũ quia aliqua aĩalia hñtia sanguinẽ sicut volucres. et aliqua alia aĩalia sine sanguine vt apes ꝑcipiũt odorẽ in aere q̃a quedã aues cõcurrũt ad alimentũ alonge ꝓpter q̃d mouent ab odore diffuso in aere.

Queritur Utrũ odores sint in aere realiter vl' intentionalit'. ¶ Dõm q odor habet duplex esse scz in aere ꝓpinquo circa corp' odoriferũ. et ibi habet esse reale et sic saluat opinio Auicẽne qui dixit q odor esset realiter in aere. Aliud est esse ipsius odoris in distantia a corpe odorabili et ibi est odor ꝑm esse spũale. Prima pars ꝓbat q̃nq3 rõnib' sive signis. Prima stat in hoc. odor cõfortat realiter cerebrũ alterando ipm ad oppositã qualitatem. sed forma intentõnalis nõ agit realiter g' oportet odorem esse realiter i aere. Sc'da est q: odor qñq3 interficit aĩalia vt odor carbonũ et sulphureis q̃d nõ cõtingeret si nõ esset odor realiter in aere. Tertia est quia frigus impedit odores et nõ impedit colores q: colores diffundunt solũ spũaliter ꝑ mediũ. Item odor impedit ꝑ aerem vl' per ventũ. ergo signũ est q odor mouet cũ aere et g' est realiter in aere et non spũaliter. Item corpora odorifera minuũt ex hoc q emittũt odores et fiũt rugosa. ¶ Sc'da pars ꝓbat quia omnis sensus est susceptiu' specierũ sine materia. ergo oportet q odor q̃ est circa sensum recipiat in sensum absq3 conditionib' materie. i. intentionalit'. Et hoc ptz ex signo quia legit de bello troyano q vultures venerũt circũquaq3 a quingentis miliaribus vt habet in historia. sed impossibile fuit q odor de illis corporib' fuisset delatus ꝑ tantã distantiã realiter q: si corpa fuissent resoluta in fumos adhuc nõ potuissent fumi extẽdi ad tantam distantiam.

Arguitur Odor habet esse in sicco cõphenso ab humido. sed in aere et in aq̃ non est siccũ ergo ibi nõ p̃t eẽ odor. ¶ Dõm q sicut nũc dictũ est q odor habet duplex esse scz esse spũale et sic nihil impedit odorẽ esse in humido absq3 sicco. quia sic põt esse in puro aere in quo tamen nullum est siccũ. Alio mõ accipit odor ꝑm esse reale et sic impossibile ẽ odorem esse absq3 sicco sicut ꝓbat argumentum. Et ideo in illo aere qui est circa corpus odoriferum in quo est odor realiter est quedam fumalis euaporatio que euaporatio fumalis est calida et sicca naturaliter. et in tali est odor sicut in primo subiecto. Et ideo poma fiũt minora postq̃ emiserunt odores. Siliter ex istis p̃t sumi cã quare aliquis locus odorat etiam subtractis odoriferis corpibus quia in tali aere in quo fuerunt corpa odorifera manent fumales euaporationes in quibus etiam realiter continetur odor. ¶ Et si arguatur accidens non migrat de subiecto in subiectum. ergo odor non potest esse in fumali euaporatione qui prius fuit in corpore odorifero. Dõm q iste odor ñ est idẽ numero qui est in corpe odorifero et in fumali euaporatiõe. sed iste odor qui est in fumali euaporatione est causat' ab odore existente in corpe odorifero sed idẽ non causat seipm. Ex quibus põt solui alia questio qua queri põt utrũ odor sit fumalis euaporatio. ¶ Dõm q nõ q sic ptz quia fumalis euaporatio est corpus resolutum a corpore odorifero ad modũ fumi qui est de ꝑdicamẽto sbe exñs immediatũ subiectũ ipi' odoris. sed odor est q̃litas de tertia spẽ qualitatis et in tali fumali euaporatione subiectat. Et si arguat odor et fumalis euaporatio semp ad inuicẽ cõiungunt ergo sunt idẽ. Dõm q est duplex ydemptitas nũalis scz essentialis et accidentalis. mõ licet sint idem numero [illegible] accñtali nõ tñ essentiali ꝑmo distinguũt ꝑdicamentaliter vt dictũ est. Et simile est de homine et risibili que licet sint idem numero accidentali non tamen essentiali.

Unde et dubiū videt

Hic consequēter Aresto. circa p̄dicta mouet vnā dubitat͡oem que stat i hoc. Utꝝ omnia odorātia sīt odorēt sic scꝫ ꝙ habeāt vnum sensum odoris ſm spēm. Et p̄mo arguit ꝙ nō sit vn⁹ olfactus in omnibus odorātib⁹. et hoc sic quia aliqua animalia odorant ꝑ respiratōem sicut animalia habentia calidum sanguinē vt homo. quia illa nō odorant nisi alonge. quia si odorabile ponat̄ supra olfactum nō odorant. Alia sunt aīalia nō habentia calidū sanguinē vt animalia aquatica et illa nō odorant ꝑ respiratōem sed absq̄ respiratione. ergo videt̄ ꝙ nō sit vnus olfactus in omnib⁹ animalib⁹.

Sed impossibile est

Hic ꝓbat duabus rōnibus ꝙ olfactus sit vnus sensus ſm spēm in oībus animalib⁹. Quarū prima stat in hoc. sensus distinguūt̄ penes obiecta sed est idem obiectū in respirantibus et nō respirantibus quia odor ab vtrisq̄ ꝑcipit̄. ergo est eadem potēa ſm spēm. Scd̄a rō stat in hoc q̄a ille potēe sunt vni⁹ spēi que habent eadem corruptiua sed olfactus tam in respirātibus q̄ȝ nō respirātibus habet eadem corruptiua quia vtrobiq̄ corrumpitur olfactus a fortibus odoribus sicut est odor sulphure⁹ q̄ corrumpit organū tam in respirantibus q̄ȝ in nō respirantibus. Maior ptꝫ q̄a diuerse res habent diuersa contraria si est ergo idē cōtrariū olfactuū respirantiū et nō respirātiū ergo etiam sensus est idē ſm spēm.

Videtur autem in ho

Hic soluit questionē prius motā dicens ꝙ olfactus est vni⁹ spēi tam in respirantibus animalibus q̄ȝ in nō respirantibus. et hoc ꝓbat sic quia sicut se habet visus in habentib⁹ duros oculos et molles ita se habet olfactus in animalib⁹ respirantibus et nō respirantib⁹. sed visus in habentibus duros oculos et molles est vni⁹ speciei ergo etiam olfact⁹ in aīalibus respirātib⁹ et nō respirantib⁹. Maior ptꝫ quia sicut animalia habentia molles oculos habēt palpebras sup̄ oculos quibus nō remotis nō fit visio sicut in hoīe et in aliis aīalibus ꝑfectis. sic etiā aīmalia que olfaciunt per respiratōnem habent cooꝑculum supra organū respirationis quo nō remoto nō fit respiratio nec actus olfaciendi. sed illa q̄ non habēt cooꝑculum sup̄ organū respirationis etiā respirant absq̄ remotione cooꝑculi et ꝑ ꝯn̄s etiam olfaciunt. sicut ergo habēs fortes oculos statim videt ea que sunt in lucido absq̄ ablatione cooꝑculi. sic similiter animalia cooꝑculū non habentia sup̄ organū olfactus statim odorant p̄n̄te odorabili.

Arguitur

Diuersa cōditio forme arguit diuersitatē spēi in forma sed est alia cōditio olfactus in respirantib⁹ et in nō respirantib⁹. ergo etiam in illis olfact⁹ erit diuersarū spēꝝ. ¶Dōm ad maiorē ꝙ duplex est cōditio forme. quedā est que orit̄ ex ip̄a forma ſm se accepta et talis si est diuersa arguit distinctionē in forma. Alia est conditio forme orta ex ꝑte subiecti et illa nō arguit diuersitatem forme quia si sic tunc albedo in homine ꝑfecte albo et nō ꝑfecte albo essent diuersarū spēꝝ. ꝑ hoc ergo dicit̄ ꝙ ista diuersitas in olfactu tenet se ex ꝑte organi qḋ est ꝓximū subiectū potēe. spēs autē potentie sumit̄ ꝑ compatōem ad ip̄m obiectū ꝫ materialis siue modalis distinctio sumit̄ ex ꝑte subiecti. Ex quibus pōt sumi ꝙ manifeste Aresto. hic intendit omnes potēas in diuersis aīalibus esse eiusdem spēi vt visus in homine et in piscib⁹ qui habent duros oculos. Similiter auditus olfactus gustus et tactus in diuersis aīalibus sunt eiusdem speciei sicut prius dictū est.

Est autem odor sicci.

Hic determinat de instrumēto siue de organo olfactus. Et vult ꝙ organū debet esse siccū et hoc ꝓbat sic. In potentiis passiuis organū debet ēē tale in potēa quale est obiectū in actu quia obiectum agit in potēam. et ergo potēa fit similis obiecto sed odor cū generet̄ ex quodā fumo in actu calido et sicco. ergo etiam organū debet esse tale in potēa scꝫ calidū et siccū quale est ip̄m obiectū in actu. Est tamen circa textū considerandum sicut dictū est ꝙ organū olfactus ꝓpter ꝓpinquitatem ad cerebrū est actu humidū et tn̄ in potēa siccum et fit in actu siccum ꝑ hoc ꝙ odor actu immutat ipsum.

Gustabile autē quod

Postq̄ȝ Aresto. determinauit de visibili audibili et olfactibili. ꝯn̄r vult determinare de gustabili. Et rō ordinis quare gustus p̄cedit tactū est duplex. Prima est quia gust⁹ ꝓprie dictus inuenit̄

in ꝑfectioribꝰ animalibꝰ quā tactus·habet em̄ oē aīal tactum·sed ꝑfectiora animalia solū habent gustū ꝓprie dictū· Scōa rō est quia gustus est sensus minꝰ materialis q̄ sensus tactus q̄a tāgibile immutat tactū quodāmodo sicut ē in ipo subiecto tangibili·nō aūt gustus immutatꝛ sic a gustabili· Primo ergo determinat de gustabili in cōmuni siue de sapore· Scōo de spēbus eius ibi· spēs aūt. Circa pmum duo facit· pmo inquirit an gustabile ꝑcipiatꝛ ꝑ mediū·scōo ostēdit quid ꝑcipiꝉ ꝑ gustū et de organo eius· Circa pmū intendit dicere q̄ gustabile scʒ sapor nō ꝑcipiꝉ per mediū extraneū sicut alia sensibilia de q̄bꝰ dictū est·q̄uis bene ꝑ mediū intraneū ¶ Circa qō sciendū q̄ mediū extraneū ē qō est sepatū ab animali et nō est ps aīals sicut aer vł aqua. Et ꝑ tale mediū diffundūꝉ color sonus ⁊ odor· Sed mediū intraneum est qō est cōiunctū aīali et est ps animalis sicut supior caro ipiꝰ lingue voca tur mediū intraneū quia est cōiunctum organo gustus scʒ inferiori carni ipiꝰ lingue que est organū gustus·Probat ergo Aresto· qō dictū est scʒ q̄ gustabile nō ꝑcipiꝉ ꝑ mediū extraneū· Et hoc sic·q̄a gustus est quidā tactꝰ sed tactꝰ nō ꝑcipit suū obiectū ꝑ mediū extraneū ergo nec gustꝰ Minor est manifesta·Maior ꝓbatꝛ· quia gustabile est qdā tāgibile gꝰ gustus est quidā tactꝰ· ꝯña tenet.quia distinctio poñarū sumiꝉ ex obiectis. Añs ꝓbatꝛ in textu·quia sicut humidū ē tāgibile cum sit vna de quatuor qualitatibꝰ pmis sic etiam humidū est gustabile·

Vnde et si in aqua·

Hic excludit tacitā questionē que posset fieri circa p̄dicta quia posset aliquis dicere q̄ pisces in aqua existentes ꝑcipiunt saporem ꝑ aquā ꝫ aq̄ est mediū extraneū ergo sapor etiā ꝑ mediū extraneū ꝑcipiꝉ· Rñdet Aresto·q̄ talis receptō saporis nō fit ꝑ aquā sicut ꝑ mediū·sed ꝯtingit q̄ sapor realiter misceꝉ cū aqua sicut nunc in potu contingit· vnde sicut sapidꝰ potus realiꝉ cōiungiꝉ lingue ⁊ pōt ꝑcipi·sic etiā contingit qñ aliq̄d cōiungiꝉ aque qō pisces ꝑcipiūt sic aūt nō est de visu et de aliis sensibus quia visus nō cōiungiꝉ realiter medio sed solū spūaliter·

Arguitur

Gustus et tactus sūt sensus specifice distincti· ergo vnus nō pōt de alio p̄dicari· Añs ꝓbatꝛ· q̄a alꝛs non essent quinq; sensus exteriores· ¶ Dōm q̄ gustus accipitur dupliciter· Vno modo ꝫm q̄ est sensus discretiuus alimenti secundum q̄ alimentū est calidum frigidū humidū vł siccū· et sic gustus est realiter tactꝰ quia sic hñt eadē obiecta· Et sic dicit Aresto·in fine huiꝰ tertij et in pncipio de sensu et sensato q̄ omni aīali inest gustꝰ sicut et tactus· Alio mō accipiꝉ gustus ꝓprie ꝫm q̄ est discretiuꝰ alimenti ꝫm q̄ tale alimentū est saporosum· Et sic gustꝰ pōt capi triplr scʒ rōne organi·rōe medij·et rōe obiecti· Si āt capiatur pmo mō tūc iterū gustus est quidā tactus·quia tactus est expansus ꝑ totum corpꝰ et gustus est solū in lingua·habet ergo gustus quandā ꝑtem tactus rōe organi· Si aūt capiaꝉ rōe medij immutandi tūc itez gustus est q̄dā tactꝰ qꝛ vterq; sensus habet mediū intraneū· Sed si accipiatur rōe obiecti est distinguendum qꝛ vł accipiꝉ sapor rōe sui fundamēti et sic iterū gustus est tactus quia gustabile ē tangibile.fundaꝉ em̄ sapor i humido quod est qualitas tangibilis· ⁊ sic loquiꝉ Aresto·in textu· Alio mō accipiꝉ obiectū ꝫm suam ꝓpriā speciē.et sic simpliciter est aliud gustabile et tangibile quia tangibilia sunt quatuor q̄litates pme·et alie q̄litates tangibiles ex ipsis causate·de quibꝰ diciꝉ in scōo de generatione· Et quia gustabile est sapor qui manifeste distinguiꝉ a qualitatibꝰ tangibilibꝰ·sic sequiꝉ q̄ sunt diuersi sensus·


Arguitur

Sensibile positum supra sensum nō facit sensatōem.ergo nō pōt sapor ꝑcipi nisi ꝑ medium· ¶ Dōm q̄ est duplex mediū scʒ extraneū·et per tale mediū sapor nō ꝑcipiꝉ·quia necesse est corpꝰ sapidū cōiungi lingue· Aliud ē mediū intraneū· et ꝑ tale mediū etiā fit sensatio in gustu· Circa qō sciendū q̄ in lingua ē duplex ps· Vna supior que ē porosa hñs in se humidū quoddā saliuale· Alia ē ps infra supiorem partē· et illa pars est organum i quo subiectaꝉ poña gustatiua· sicut experimētū habemus in lingua bouis bullita· qꝛ superior pars deponiꝉ scʒ pellis·ista gꝰ pars superior ē mediū intraneū·sapor ergo immutat pmo tale mediū·et hoc mediū vlterius immutat ipsam poñam·et sic nō poniꝉ sensibile realiter supra sensum sed supra mediū·

Arguitur

Mediū debet esse separatum a poña·sed istud mediū nō est separatū ab organo siue poña gꝰ nō est mediū· ¶ Dōm q̄ duplex ē separatio·quedā

Epicureus



eſt per localem diſtantiam. ⁊ ſic medium in viſu olfactu et auditu eſt ſeparatū ab organo nō ãt in guſtu et tactu. Alia ē ſeparatio per realem diſtinctionē et ſic mediū in guſtu etiam ē ſeparatū ab organo quia vna pars realiter eſt diſtincta ab alia ſicut illa pars q̄ ē mediū eſt alia ab illa parte que ē organū et ſic ibi eſt realis diſtinctio

Arguitur Videt̄ ꝙ collū ſit organū guſt⁹ ergo n̄ lingua. Añs ꝓbat̄ autoritate Epicuroꝝ qui appetebant colla ſicut grues. ¶ Dōm ꝙ in collo nullo mō ꝑcipit̄ guſtus alicui⁹ alimenti ſed ſolū in lingua. eſt tñ in collo quidā delectabilis tact⁹ cauſat⁹ ex cōiunctione nutrimenti delectabilis ad ꝑtes que ſunt in collo. Et ſic etiā dicit Areſto. tercio Ethicoꝝ. ꝙ tēperantia eſt circa guſtū accipit̄ eñ tūc guſtus vt eſt quidā tactus vt dictū eſt.

Nihil autem facit hu.

Poſtꝙ̄ Areſto. determinauit de cōditione ipſius poñe guſt⁹. Hic ꝯñr oñdit quid requirat̄ ex ꝑte obiecti ſcꝫ guſtabilis. et vult ꝙ ex ꝑte obiecti req̄ritur ad hoc q̄ ſe diffundat in poñam ꝙ guſtabile ſit humidū actu vl̄ poña. Et hoc ſic ꝓbat. q2 ſicut ſe habet lumen ad videndū ita humidū ad guſtandū ſed lumē requirit̄ ad videndū ergo requirit̄ humidū ad guſtandū. Cui⁹ rō eſt q2 ꝑ humidū qd̄ eſt in guſtabili ipē ſapor cōiungit̄ humido ſaliuali qd̄ eſt in medio et ſic ꝑ humidū ſaliuale defert̄ ſapor ad guſtū ſicut ꝑ lumen in medio defert̄ color in viſum.

Sicut autem viſus.

Conſequēter Areſto. oñdit quid ꝑcipiat̄ ꝑ ipſum guſtum. Et intendit dicere ꝙ ſicut viſus eſt ipi⁹ viſibilis et inuiſibilis ita guſt⁹ ē ipſi⁹ guſtabilis et iguſtabil̄. Inuiſibile em̄ capit̄ dupl̄r. Vno mō aliquid dicit̄ inuiſibile ꝑ exceſſum quia excedit ꝓportionē organi viſus. Alio mō dicit̄ aliquid inuiſibile ꝑ defectū viſibilitatis ſic tenebre dicūt̄ inuiſibiles q̄a nō poſſūt mouere viſū. Similiter aūt ē de audibili et nō audibili quia aliquid eſt non audibile quia corrūpit auditū ſicut magn⁹ ſonus. Aliud ē nō audibile quia deficit a mouendo auditum ſicut paru⁹ ſonus et iſtis duobus modis inuiſibile capit̄ priuatiue Pōt etiā inuiſibile capi negatiue. et ſic dicit̄ inuiſibile qd̄ nullo modo pōt videri ſicut de⁹ et ſubſtantie ſeꝑate. Similiter dicit̄ ingreſſibile. Vno modo qd̄ nullo modo pōt ambulare. Alio mō dicit̄ ꝑut idem ē qd̄ difficulter potens ambulare. Et ꝑ hoc applicando ad ꝓpoſitū dicit Areſto. ꝙ guſtus ē guſtabilis ⁊ īguſtabilis. Et dicit̄ iguſtabile. Vno mō contrarie. Alio modo ꝑuatiue. Contrarie dicit̄ inguſtabile dupl̄r ſcꝫ qd̄ hꝫ ꝑuū guſtū vl̄ qd̄ eſt corruptiuū guſtus. Priuatiue dicit̄ inguſtabile quod habet paruū guſtum.

Arguitur Nulla poña extendit ſe vltra ſuū obiectū. ſed guſtabile ē ꝓpriū obiectū guſt⁹. ergo guſtus nō extendit ſe ad nō guſtabile. ¶ Dōm ꝙ inguſtabile capit̄ tripliciter. Vno mō negatiue et ſic dicit̄ inguſtabile qd̄ nullo mō pōt guſtari et ſic inguſtabile nō cōtinet̄ ſub obiecto guſtus. neqꝫ etiam per guſtū cognoſcit̄ et ſic lapis pōt dici inguſtabil̄. Alio mō dicit̄ inguſtabile ꝑuatiue vl̄ contrarie quia ſcꝫ habet ꝑuū vl̄ paruū guſtū et ſic etiā inguſtabile continet̄ ſub obiecto ipſi⁹ guſtus et cognoſcit̄ ꝑ guſtū. Similiter dicendū ē de inuiſibili inaudibili et inodorabili.

Quoniam autem hu.

Poſtꝙ̄ Areſto. determinauit de poña et obiecto guſtus. Hic ꝯñr determinat de organo guſt⁹. Et vult ꝙ organū guſtus non debet eſſe humidū et ſaporoſum in actu nec etiam debet eſſe ſic diſpoſitū ita ꝙ impoſſibile ſit ipm humectari. Cui⁹ rō eſt quia ſi eſſet organū actualiter humidū humiditate ſaporoſa. tūc ille ſapor intus exiſtens ꝓhiberet extraneū et ſic non poſſet recipi aliquis alius ſapor in guſtū. Scd̄a rō ē quia ſenſus ē virtus paſſiua. oportet ergo ſenſū eſſe talem in potentia quale eſt obiectū in actū. cū ergo obiectū ſit actu ſaporoſū oportet organū eſſe tale in potentia. Et hoc manifeſtat Areſto. ꝑ ſignū quia nō cōtingit illū bene guſtare qui habet linguam nimis ſiccam quia illa nō eſt faciliter humectabilis ſapore. neqꝫ contingit illū bene ſapere q̄ habet linguam nimis humidam. et ideo laborantib⁹ id eſt infirmantib⁹ omnia apparent amara. quia habent linguam plenam tali humiditate. ſcꝫ ſaporoſa. i. humiditate amara.

Arguitur Ligua ē ſꝑ actualit̄ huida ergo ſequit̄ ꝙ organū guſtus erit ſemꝑ actualiter hūidū. ¶ Dōm ꝙ eſt duplex humiditas ſcꝫ nō ſaporaſa et tali humiditate lingua eſt ſemꝑ humida quia oportet humiditatē ſaporoſam coniungi tali humido vt ſic

fiat sensatio sapoꝝ et sic saliua supra linguã est
semꝑ humida in gustu bene disposito· Aliud est
humidũ saporosum.et tali humore nõ debet esse
organũ humidũ nisi ĩ gustu male disposito sicut
in gustu laborantiũ·i·infirmantiũ·

Species autem hũo·

Consequẽter determinat Aresto. de speciebus sa
porum· Et vult ꝙ spẽs saporis debẽt sumi sicut
spẽs coloris quia sicut extremi colores sunt con-
trarij ⁊ simplices sic ꝙ nõ causant ex medijs co
loribus sed ecõtra medij ex ipis· sic etiam est de
saporibus quia extremi sapores sunt cõtrarij et
etiam simplices sic ꝙ nõ causant ex medijs sed
medij ex ipis· Sũt ergo extremi sapores dulce et
amarum· medij aũt sunt sapor pinguis ·salsus·
acer auster' ponticus et acutus·et cõtinet stipti
cus sub pontico·sunt ergo septem spẽs saporis·
Et habent istũ ordinẽ dulcis sapor qui causatur
ex humido bene digesto est ꝑmus· deinde est pin
guis qui causat ex humido nõ bene digesto·De-
inde est acetosus·sed sapor acutus est medi' q̃s
habet tres ꝓcedentes et tres sequẽtes·Deĩn seq̃
tur ponticus et stipticus·Deinde salsus·⁊ vlti-
mo amarus·Et dicunt extremi simplices nõ ex
eo quia nõ causant ex mixtiõe aliqua ꝑmo cau
sant ex mixtione calidi et frigidi·sed dicunt sim
plices quia nõ causant ex alijs saporibus·h' tñ
ꝯueĩt medijs saporib' q̃ causant ex extremis ñ
ꝑz se ꝫ ꝑm coꝝ cãs·cã eñ saporis dulcis ẽ hũidũ
et cã amari saporis est siccũ·medij ergo sapoẽs
causant ex humido et.sicco et dicũt causari ex ex
tremis qr sunt ex causis extremoꝝ sapoꝝ·Con-
cludit ergo Aresto.in fine ꝙ organũ gust' ẽ ta
le in poña quale est ipm obiectũ in actu·

De diuersis saporũ vide vincẽciũ ĩ speculo historiali libro primo capitulo xxiii·

Tactus

De tangibili autem·

Postq̃ Aresto·determinauit de quatuor sensib'
exterioribus et coꝝ sensibilib'. Hic cõsequẽter de
terminat de tactu et tangibili·Et rõ ordinis est
quia tactus est minus spũalis inter õnes alios
sensus quia quodãmodo recipit suũ obiectũ eodẽ
modo quo est in materia· Item tactus est in oĩ
bus ptibus animalis.alij aũt sensus sunt ꝑnci
palius in cerebro sicut ergo cerebrũ ẽ digni' alijs
partibus animalis·ita etiam alij sensus sunt di
gniores tactu

Arguitur Tactus est fundamentũ
ommũ sensuũ sed funda-
mentum est prius fundato ergo ⁊c· Dõm ꝙ
duplr sumit ordo in aliquib'·Vno modo ꝑm vi-
am generationis et sic impfectiora sunt priora·
et sic fundamentũ precedit suũ fundatũ et illo
modo tact' precedit alios sensus·sicut ꝓbat ar-
gumentũ·Alio modo sumit ordo aliquoꝝ ꝑm vi
am pfectionis et sic alij sensus sũt priores·qr vi
sus est pfectior auditu et audit' olfactu ⁊c·

Arguitur Tact' ẽ i nob certissim' ⁊
pfectissim'·g' erit ꝑor alijs
sensibus·Añs ꝓbat ĩ capitulo de odore· Dõm
ꝙ tact' in homine põt duplr cõparari·Vno mõ
ad tactũ in alijs animalib' et sic tact' in homi-
ne est certissim' quia homo habet meliorẽ ꝯplexi
onem q̃ aliqd aliud al' sed in bonitate conplexi
onis fundat bonitas tactus sicut prius dictum
est· Alio modo cõpat tactus in homine ad ali
os sensus et sic est falsũ quia visus est pfectior
eũ corrigat tactũ· Aresto. ergo determinat de
tactu et tangibili. et quia posset aliquis argue-
re ꝙ prius erit determinantũ de tangibili q̃ de
tactu·ideo Aresto.ꝓmittit ꝙ q̃rum ad illa de q̃
bus est inquirendũ nõ refert an determinet pri'
de tangibili q̃ de tactu quia si tãgibilia sũt plu-
ra necesse est plures tactus esse et econtra si sũt
plures tactus etiã necesse est plura tãgibilia esse

Habet autẽ dubita·

Hic remouet duas dubitatões quarũ ꝑma est·
Vtrũ tactus sit vnus sensus vel plures· Scdã
est·vtrum organum ipsius tactus sit caro exte
rior vel aliquod proporcionabile carni sicut ẽ in
nõ habentibus carnẽ·aut organũ tact' sit ali-
qd positũ infra supiorem carnẽ·Primo ergo ꝓce
dit ad primã dubitatõem· Et arguit ꝑmo ꝙ ta
ctus nõ sit vn' sensus sed plures·Et hoc sic pro
bat quia omnis sensus est vni' cõtrarietatis q̃
ad suũ sensibile· sicut visus est albi et nigri· au-
ditus grauis et acuti·et gust' amari ⁊ dulcis·ꝫ
in tangibili sũt multe contrarietates scꝫ calidũ
frigidũ·humidũ siccũ·durũ et molle·et alie cõtra
rietates que ponũt in scdo de generatiõe vbi po
nunt septem contrarietates·

Habet aũt solutionẽ

Hic ponit solutionem ad precedens argumentũ·
quã solutionem postea reprobat· et ideo est solu
tio apparens· Et ꝓpter hoc dicit in textu ꝙ ista
predicta rõ habet quandã·i.apparentẽ solutionẽ

Et stat solutō in hoc. alij sensus qui veraciter et simpliciter sunt vn⁹ sensus tm̄ etiā hn̄t multas cōtrarietates in suis obiectis et tñ ex hoc nō impedit vnitas sensus ergo nec multe cōtrarieta-tes in obiecto tact⁹ impediūt vnitatē sensus tactus. Añs ptz i visu vbi sunt albū nigrū. pulchꝝ turpe. tenebre ꝛ lumen ꝛ sic de alijs. Et de sono vbi sūt acutū graue ꝑuū magnū asꝑū ꝛ lene.

Sed ꝙ sit vnū subie.

Hic excludit solutōem nūc datā. Et vult ꝙ non est simile de sensu tactus et de alijs sensib⁹. quia q̄uis in obiectis alioꝝ sensuū cōtineāt multe cō-trarietates tñ sunt reducibiles ad vnū cōmune subiectū .i. genus qđ cōtinet tm̄ sub se vnā ꝑnci-palem cōtrarietatē ad quā alie cōtrarietates re-ducunt. Exempli grā. in visu cōtinet albū et ni-grū. tenebre ꝛ lumē. et lumē videt sub rōe albi et tenebre sub rōe nigri. Etiā est vnū cōe genus scʒ color sub quo oia alia cōtinent. et ad qđ omnia alia reducunt. sed sic nō est ꝺ tactu quia obiecta tactus nō sunt reducibilia ad vnū cōe gen⁹ qđ sub se contineat tm̄ vnā ꝑncipalē contrarietatē quia iste cōtrarietates calidū et humidū frigidū siccū; nō sunt ad inuicē reducibiles et ideo sensus tactus est duo sensus.

Arguitur Sensibilia oīm sensuum possunt esse in vno subie-cto ergo male dicit ꝙ q̄nqʒ pn̄t esse in vno sub-iecto et q̄nqʒ nō. quia oēs qualitates sensibiles pn̄t esse in hoīe. ¶ Dōm ꝙ subiectū pōt capi du-pliciter. Uno modo ꝓ subiecto inhesionis qđ est substantia. ꝛ sic oīm sensibiliū pōt esse vnū sub-iectum. Alio mō accipit subiectū ꝓ genere logico ꝓpter similitudinē quā habet subiectū cū genere logico in hoc scʒ quia sicut gen⁹ logicū est in poña ad multas dr̄ñas ita subiectū inhesionis est in poña ad multa accn̄ña. ꝛ ideo subiectū pōt etiam capi ꝓ genere logico vt dictū est et sic accipit hic

Queritur Utrū tactus sit vn⁹ sen-sus vel plures. ¶ Dōm ꝙ tact⁹ pōt capi dupliciter. Uno mō materialiter scʒ ꝑm organū in quo fundat ꝛ sic tact⁹ est vn⁹ sen-sus. Cui⁹ rō est quia organū tact⁹ est compositū ex medietate qualitatū tangibiliū sicut infra pa-tebit que medietas cōsurgit ex mixtione quatu-or elementoꝝ. cū ergo q̄libet ps aīalis habʒ in se mixtionem quatuor elemētoꝝ ergo quelibet ps habet in se tactū oīm q̄litatū tangibiliū vt ma-nifeste patʒ. ꝛ sic nō est in vna parte aīalis ta-ctus frigidi et calidi et in alia humidi et sicci. et sic ptʒ ꝙ nō distinguūt ꝑm organa .i. materialiter Alio modo accipit tact⁹ formaliter et ꝑm suam ꝓpriā drñam q̄ sumit ꝑ cōparatōnem ad obiecta et sic sunt duo sensus tactus. Un⁹ calidi ꝛ frigi-di. alius humidi ꝛ sicci. Cui⁹ ratio est quia q̄ncū-qʒ sunt obiecta alicui⁹ sensus nō reducibilia ad vnū genus qđ habet sub se vnā ꝑncipalē cōtra-rietatem tūc nō est vn⁹ sensus sed plures. sed ob-iecta in tactu nō sunt reducibilia ad vnū genus qđ hʒ sub se tm̄ vnā ꝑncipalē cōtrarietatē quia in obiecto tact⁹ cōtinent due cōtrarietates nul-lo modo ad inuicē reducibiles scʒ calidū frigidū humidū et siccū. ꝛ ideo ponūt formaliter duo ta-ctus scʒ vn⁹ calidi ꝛ frigidi. alius humidi ꝛ sicci.

Arguitur Omnes cōtrarietates exi-stentes in obiecto tact⁹ re-ducūt ad vnū gen⁹ scʒ tangibile. ergo sensus ta-ctus erit vn⁹ sensus formaliter sicut alij sensus ¶ Dōm ꝙ ad vnitatē sensus requirit ꝙ omnes cōtrarietates sub obiecto contente reducant ad vnū cōe gen⁹ qđ est ꝑ se obiectū illius sic ꝙ ad-equate respiciat illū sensū sicut est de colore ꝛ vi-su de sono ꝛ auditu sed sic nō est de tangibili et tactu quia tangibile etiam se extendit ad tangi-bile cōe ꝛ ꝑ accn̄s de quib⁹ manifestū est ꝙ non continent ꝑ se ꝓprie sub obiecto tactus.

Arguitur Tunc ad min⁹ reducūt ob-iecta sensus tact⁹ ad h° ge-nus qđ est tangibile ꝑ se. quia hoc est adequatū obiectū ipius sensus tactus ¶ Dōm est dupliciter. Primo ꝙ nō est aliqđ vnū nomen impositū ad qđ pn̄t reduci oia tangibilia sicut in alijs sensi-bus est vnū nomē genericū impositū sub quo cō-tinentur omnia respicientia talem poñam ꝑ se. Scđo est dicēdū ꝛ melius ꝙ etiā si haberet vnū nomē genericū cōꝑhendēs sub se omnia ꝓpria tangibilia adhuc nō pōt tact⁹ esse vn⁹ sensus. quia nō solū requirit vnitas noīs ꝑm gen⁹. sed ꝑter hec requirit ꝙ tale genus contineat sub se solū vnā cōtrarietatem ꝑncipalē ad quā alie cō-trarietates sunt reducibiles ꝛ hoc ꝓpter ordinē poñaꝝ quia quedā poñe vt poñe naturales sūt vni⁹ ptis cōtrarietatis vtputa ignis est calid⁹. Alie sint poñe que sūt totius contrarietatis ꝫ nō sunt pluriū cōtrarietatū vt poñe sensitiue ex-teriores. alie sūt que sūt pluriū cōtrarietatū vt sunt sensus interiores. Alie aūt sunt que sunt

omniū cōtrarietatū vt intellectus. sed tangibile p se cōtinet sub se duas cōtrarietates eque pnci pales et ad inuicem nullo mō reducibiles. q̄uis eīn oēs qualitates tangibiles reducāt ad cali dū ꝛ frigidū. humidū ꝛ siccū. vt dicit in scdo de generatione. tn̄ iste due cōtrarietates nō pn̄t ad inuicem reduci.

Arguitur humidū ꝛ siccū reducunt ad calidū et frigidū. ergo iste cōtrarietates reducūt ad inuicē. Añs pbat. quia vnū est causa alterius quia frigida sūt hu mida ꝛ sicca sunt calida. Dōm ꝙ iste quatu or qualitates pn̄t dupl'r capi. Vno mō q̄ ad esse causalitatis ꝛ hoc dupl'r. Vno mō ḃm ꝙ reperiū tur in pmis corpibꝰ scʒ elemētis ꝛ sic non cāne se. inuicē sic eīn dicit Aresto. scdo de generatiōe ꝙ iste quatuor qualitates sunt pncipia elemēto rum sicut ergo vnū elementū nō causat ab alio sic qualitates vniꝰ elemēti nō causant ex quali tatibꝰ alterius. nec forma vniꝰ elemēti causatur ex forma alterius. Alio mō accipiunt ḃm ꝙ re periunt in quibusdā mixtis. et sic calidū et frigi dum pn̄t esse causa sicci et humidi quia calidum causat siccū et frigidū causat hūidū. sed istis mo dis nō loq̄mur nūc de istis qualitatibꝰ. Alio mō accipiunt ḃm esse immutationis ḃm ꝙ immutāt tactū ꝛ sic nullo mō vnū causat ex alio. sic aūt nō cōtingit in obiectis aliorꝫ sensuū quia lumen et tenebre visu pcipiunt sub rōe albi et nigri. et sic nō pōt dici de tactu ꝙ humidū et siccū pcipiā tur sub rōe calidi ꝛ frigidi. Ex quibꝰ omnibꝰ cō cludit ꝙ duplex est tactꝰ formaliter sumptꝰ. Vnꝰ est calidi et frigidi. Alius est humidi ꝛ sicci.

Arguitur ex hoc sequeret ꝙ essent sex sensus exteriores. q̄a sunt duo sensus tactus. Dōm ꝙ sensus tactꝰ acceptꝰ ḃm organū est vnꝰ sensus. quia vbicunqꝫ est vnꝰ tactus ibi etiā est alius vt dictū est ꝑ pe nes obiectū sunt duo. Quia ergo organū est no bis nocius ideo penes organū noīamꝰ sensus eē diuersos ꝛ nō penes obiecta. Et sil'r facit Are stotiles inferius distinguens qnqꝫ sensus ex teriores distinguit eos ḃm organa.

Arguitur ex hoc sequeret ꝙ eēnt tā tum q̄tuor sensus q: gustꝰ et tactus sunt in vno organo. Dōm ꝙ q̄uis in eodem organo fiant gustus et tactꝰ tn̄ nō con uertit ꝙ vbicunqꝫ est tactꝰ ꝙ ibi fit gustꝰ. sic āt est de duobꝰ tactibus ex pte organi. q̄a vbicunqꝫ est tactus frigidi et calidi ibi etiam est tactꝰ hu midi et sicci.

Vtrū autē sensitiuū.

Hic Aresto. determinat aliā questionē priꝰ motā Et vult ꝙ caro exterior nō est organū tactꝰ. q̄a tūc sensibile positū supra sensū faceret sensatio nē. sed aliqua alia caro interior. Et hoc probat Aresto. soluendo aliorꝫ argumēta. arguebāt eīn alij sic. hoc est organū alicuiꝰ sensus ad cuiꝰ im mutationē fit sensatio. sicut oculi sūt organū vi sus quia qn̄ oculi immutant colore tūc fit visio sic quia ḃm immutatōnem carnis exterioris fit tactio ergo caro exterior est organū tactꝰ. Rn̄ det Aresto. ad istud argumentū ꝙ nō valet. q̄a simile dici posset. si aliquis p manū circūponeret quandā pelliculā tūc statim ad immutatōem pel licule fieret tactio. sed tn̄ manifestū est ꝙ pellicu la nō esset organū tactus.

Propter quid tales.

Hic Aresto. ponit duo ad manifestatōem soluti onis pme questionis vbi dictū fuit ꝙ tactus est vnꝰ sensus materialiter sed sunt duo formaliter Primū est quia si aer qui est circa nos fieret no bis cōnaturalis tūc idem esset organū sensus vi sus auditus et olfactꝰ materialit. q̄a aer est me diū in illis sensibꝰ ꝛ tamē apparet esse organū si tales sensus sentirēt p mediū intraneū. sicut gꝰ tūc diceremꝰ ꝙ esset vnꝰ sensus visus auditus ꝛ olfactꝰ ꝓpter vnitatē organi. ita etiā est nunc di cendū ꝙ duo tactꝰ sunt vnꝰ sensus materialiter Addit tn̄ Aresto. ꝙ putꝰ aer ꝛ pura aqua non pn̄t esse in nobis. quia impossibile est ꝙ ex puro aere et ex pura aqua existeret corpꝰ aīatum cuꝫ corpꝰ aīatum debeat esse fixum et firmum qd̄ n̄ fit sine terra. pōt tn̄ ille textꝰ referri ad solutōeꝫ scdē questionis ꝛ tunc sic exponit. quia si aer fie ret ꝯnaturalis nobis. tunc appareret nobꝭ ꝙ aer esset organum in visu et auditu ꝛ tn̄ est natu raliter medium. ergo sic est in superiori carne que apparet esse organum tactꝰ ꝛ tn̄ est medium.

Demonstrat autem.

Hic ponit scdm ꝙ valet ad manifestatōem solu tionis pme questionis. Et dicit qd̄ gustꝰ ꝛ tactꝰ videt esse vnꝰ sensus quia habent vnum organū scʒ linguā quia tn̄ nō hn̄t se p oīa conditibilit sic nunc distinguimꝰ gustum a tactu etiaꝫ penes or

ganum sed si simpliciter ꝯcurreret in oī organo tūc etiam nō esset distinctio inter gustū ⁊ tactū sic nūc nō ponit distinctō int duos sensus tact⁹

Dubitarꝫ āt aliquis.

Postꝙ Aresto. dixit de vnitate tact⁹ et organi hic ꝯsnter inquirit an in tactu etiam requiratur mediū extraneū. Et arguit ꝙ sic quia necesse est duo corpa dura se tangere p mediū. sed qnqꝫ fit tactus corpoꝝ diuersoꝝ duroꝝ ergo oportet ibi esse mediū extraneū. sic eni est in aqua ita debet esse in aere quia aer est humidior aqua ꝗuis eni hoc lateāt nos plus de aere ꝙ de aqua. manifestū eni est si aliquis tangat aliquid p aquā tūc aqua est mediū inter tangēs et tactū. ergo hoc idem erit in aere sed in aere non est nobis ita manifestum ꝓpter duas causas. Prima est qr nos sum⁹ cōtinue in aere et ideo nō pcipim⁹ qn tangim⁹ aliꝗ rem p aerem. Scda causa qr aer est subtilior aqua et ergo est min⁹ pceptibile ꝙ aer mediat ꝙ aqua.

Queritur

Vtrum aer sit humidior aq̄. ¶ Dōm ꝙ sic. ⁊ h° pꝫ ex diffinitione humidi data in scdo de generatione que est. Humidū ex qd est facilit terminabile termino alieno ⁊ male termino ꝓprio. siccū est quod est bene terminabile termino ꝓprio sed nō alieno. ⁊ capit hic terminare prout est figurare ꝗtitatem humidi quod capit figuram ꝗtitatiuā ex vase vl ex corpe alieno. ⁊ iō humida nō figurant ex se sed ex illo in quo recipiunt. sed sicca habent figurā ex se et nō ex alio. sicut lapis nō nō habet figurā ex aliquo vase in q̊ ponit. ꝗuis āt tā aer quā aqua terminat termino alieno scꝫ ad figurā alteri⁹ pōt tn̄ aq̄ terminari termīs ꝓpriis sicut qn̄ aq̄ est cōgelata sꝫ hoc nō ꝯtingit ī aere.

Arguitur

Humectare est ꝓpriū humidi sed aer nō humectat plus ꝙ aqua. ergo aer non est humidior aqua. ¶ Dōm ꝙ humectare est accidentalis conditio humidi et nō essentialis ideo nō est incōueniens ꝙ aqua ꝓpter grossiciē materie plus humectet ꝙ aer. aer eni nō humectat nisi ꝯuertat in aquā humectare enim est conditio illius humidi quod alteri adhereat sic aūt nō est de aere ꝓpter subtilitatem materie.

Queritur

Vtrū inter duo corpora se tangentia necesse sit esse mediū. Dōm ꝙ int duo corpa dura se tāgentia necesse est esse mediū. sed hoc nō est necesse si ambo corpa sint mollia vl si vnū durū et alterꝫ molle. quia tunc corpus molle statim coniungit superficiei corpis duri. sicut patꝫ de ligno posito in aqua quia aqua immediate tangit supficiē ligni. Nō pōni ē qr si duo corpa dura imediate se tāgerēt vl pmitteret vacuū vl mot⁹ local fieret subito sed vtrūqꝫ istoꝝ est incōueniēs ergo illud ex quo sequit. Sequela ptꝫ quia cōtingit duo corpa dura iuxta se inuicē poni p cōtactū sicut pōt asser cōiungi asseri si ergo asser diuidat p motū localem ab assere tunc nō pōt aer intrare ita subito sicut diuidit asser ab assere. ergo fuit aer ibi medius vl pmitteret vacuū quia aliquo tpe erit locus sine corpe. Signū ē istius qr si penat asser latus in aqua et aliquis conet asserem leuare equaliter sm oēs partes tūc sequit aqua ad motum asseris. et hoc venit ex eo quia non pōt ita subito intrare aer sic sequitur aqua donec possit aer intrare. similit cōtingit in aere et cōtingeret visibiliter si aer esset visibilis.

Arguitur

Si inter duo corpora dura esset corpus mediū scꝫ aer. tunc sequeret ꝙ aer sculperet lapidem qd est impossibile. Sequela pbat quia aer immediate tāgit lapidem. ¶ Dōm ꝙ duplex est mediū. Aliqd est mediū causale qd causat effectū in illo corpore in quo mediat sicut aer calefactus calefacit manū. Aliud est mediū inter duo solū situale quia scꝫ interponit inter aliqua duo corpa ꝗuis nihil causet. Et illo modo aer est mediū in sculptura lapidis. et ideo aer nō est causa sculpture lapidis sicut ferrū vl acuties ferri.

Arguitur

Contingit lapidem descendere et diuidere terram. cuꝫ ergo in terra nō sit aer ideo ibi nō est mediū inter lapidem ⁊ terrā. ¶ Dōm ꝙ in descensu lapidis lapis secū aliquā ptem aeris ducit et talis aer etiam cōtinet sub terra cū terra est diuisa ⁊ ideo inter illū lapidem et terrā est aer medi⁹ nō ꝙ aer ibi prius fuit sed quia de nouo aer cū lapide descendit ad talem locū. Simile esset si lapis descenderet p aquam.

Arguitur

Idem non est mediū et obiectū. sed ista corpa scꝫ aer et aq̄ sunt obiecta ergo nō sunt media. ¶ Dōm ꝙ aer et aqua capiunt dupl'r. Vno modo sm ꝙ faciliter mobilia et habentia humiditatem ⁊ sic sunt mediū in tactu corpoꝝ duroꝝ. Alio modo

accipiunt put in se hnt qualitates tangibiles q̄ sunt calidū frigidū humidū et siccū ⁊ sic sunt obiecta .i. hnt in se qualitates q̄ sunt obiectū tact⁹.

Arguitur Omne mediū debz esse denudatū a qualitatib⁹ sui obiecti. sed aer et aqua nō sunt denudata a qualitate obiecti ergo nō sunt mediū. ¶ Dicendum q aer et aqua accipiunt duplr. Uno mō sm q in se habent qualitates tangibiles sm esse tpatū et remissum et sic sunt mediū in tactu quia sic nō pcipiunt a tactu. vt qn aer est tpatus scz tpate calidus et frigidus tūc nō pcipitur. Alio mō accipiunt aer et aqua sm q habēt istas qualitates sm eē itensū. ⁊ sic sunt obiecta tactus ⁊ imutāt tactū p̄p q̄litates. Per hoc dcz est q mediū in tactu est denudatū a qualitatib⁹ obiecti acceptis sm excellentiā et hoc sufficit in tactu. quia medium debet esse denudatū a qualitatib⁹ obiecti sm illū modū sm quē obiecta pcipiunt ab ipis sensibus. ¶ Circa quod est sciendum q cōmentator Auerrois dixit q mediū in tactu deberet eē omnino denudatū a qualitatib⁹ tangibilib⁹ et ideo dixit q illa corpa que locantur in aere nō sentiūt qualitates aeris. et illa animalia que naturaliter locant in aqua non sentiunt qualitates aque. Et ergo si qnqz corrūpant vl alterant hoc accidit pter admixtionē aliaꝝ qualitatū exterioꝝ. Ex q̄ sequūt duo incōuenientia. Primū est q corpa nō patiant in suis locis quod est cōtra Aresto. in quarto phoꝝ. Scdm incōueniēs est q aer et aqua nō alterant adinuicē nisi p admixtionem alicui⁹ extranei qd est contra phm scdo de generatione. qui dicit q etiam elemēta alterant se si accipiant sm ppriam spēm. Probauit autē cōmentator opinionē suā sic. quia locus non ē cōtrarius locato sed est locati cōseruatiu⁹ ergo locus nō pōt alterare locatū. Ad qd argumentū sic rndetur q locus accipit duplr. Uno mō sm q̄litates actiuas que sunt in loco. et sic locus bene pōt esse contrari⁹ locato. sicut ptz de aere q̄ aer locans aquā est calid⁹ et aqua est frigida. Alio modo accipit locus sm suā vtutem locatiuā quā recipit a corporibus celestibus et sic locus est cōseruatiu⁹ locati quia sm illū modū locus est pporcionatus locato.

Uerum igitur omniū

Quia nunc Aresto. dixit q qnqz etiam in tactu requirit mediū extraneū. ꝯnter ponit differentiā inter alios sensus sentientes p mediū extraneū et inter gustū et tactū. Et pmo excludit drīam estimatā ab aliis. Et fuit ista q alii tres sensus scz visus auditus olfactus sentiunt p mediū mltū distans ab ipo sensibili. sed gustus et tactus sentiunt p mediū extraneū cōiunctum ipi sensui. Dicit Aresto. q hec drīa nō valet. qa etiā medium in aliis sensibus statim cōiungit ipi sensui qa est aliquis aer circa oculū in quo est spēs visibilis sm eē spūale. et ille aer pxime imutat visū. Simile est in auditu.

Sed differt tāgibile

Hic ponit verā drīam inter visibilia. sonatiua et tangibilia. Et colligunt due drīe inter tactū et alios sensus sentientes p mediū extraneū. qr tactus habet mediū extraneū situale et nō causale sicut in aliis. qd sic intelligit quia mediū in sentientibus p mediū extraneū est causa immutationis sensuū qa ad min⁹ sm naturā pmo immutat mediū ⁊ mediū causat immutatōnem in sensibus. sicut aer habens in se colorem sonū vl odorem causat sensatiōnē in visu auditu ⁊ olfactu. sed aer nō causat sensatōem tactus qa simul sm naturā mediū immutat et tactus. Secūda drīa est qa mediū in sensu tactus solū cōcurrit p accīns ad immutatōem qa nō semp concurrit mediū extrinsecū sed solū i tactu duroꝝ corpoꝝ. sed mediū in aliis sensibus concurrit per se quia semper concurrit.

Arguitur In visu sil immutat mediū et sensus. ergo nō est mediū causa immutationis sensus. Ans pbat. quia visio fit in instanti. Dicendum q sil capit dupliciter. Uno mō p simultate tpis et sic est verū q sil imutant mediū ⁊ sensus visus. Alio mō accipit sil p simultate nature et sic est falsū et illo modo loquit hic Aresto. qa sic immutatio medii causat immutationē in sensu et pcedit immutationē sensus sm naturā. In aliis tamē sensibus immutatio medii pcedit immutatōem sensus sm tps. Et ideo bene dicit Aresto. q mediū in visu est etiam causa quia causat imutationem in sensu.

Tangibilia vero non

Postq̄ Aresto. determinauit de vnitate sensus tactus et de locatione organi. Hic ꝯnter determinat de ipso sensu tactus quo ad mediū organū

de obiectū· Et vult ꝙ sicut se hñt aer et aqua ad visum auditū et olfactū ꝙ̄tum ad hoc qḋ est eē mediū· ita se habet caro exterior ad sensū tact⁹ quia est mediū ꝙ̄uis sit mediū intraneū· Ex q̄ vlterius elicit ꝙ eodem mō sicut i alijs sensibus sensibile positū supra sensum nō facit sensatōez ita similiter accidit in tactu quia tangibile positū supra tactū nō facit tactū quia ergo tangibile positū supra carnē facit tactum ergo caro nō est organum·

Tangibiles quidem·

Hic ondit quale sit organū ipsi⁹ tactus· Et primo pmittit ꝙ quatuor sunt qualitates elementorū de quib⁹ tractat in scđo de generatiōe· vult ergo Aresto· ꝙ tactus ē cōpositus ex mixtione quatuor qualitatū pmatū scȝ calidi frigidi humidi et sicci· ⁊ hoc sic pbat· quia tale debet esse organū in potēa quale est ipm obiectū in actu q2 ipm organū est cōiunctū potēe passiue· ideo patiēs est tale in potēa quale est agens in actu· cū ergo obiecta tactus sunt calidū frigidū humidū ⁊ siccū· sic tactus erit in potēa calidus et frigid⁹ humid⁹ et siccus· sed medietas illarū qualitatū ē i potēa ad extremitatem taliū qualitatū ergo tact⁹ debet esse composit⁹ ex medietate illarū qualitatū id est ex illis qualitatib⁹ acceptis pm esse remissum. Et ista est causa quare necesse est omne al esse compositū ex quatuor elementis quia omne animal necessario habet in se tactum· et per hoc distinguit al a nō aiali vt dicitur in pncipio de sensu et sensato· cū ergo tactus cōponat ex medietate elemētoꝝ sicut hic dicit ideo necesse est oē aīal esse compositū ex quatuor elemētis· ex quo sequit ꝙ calodemones et cacodemones nō sunt aialia quia habēt corpus simplex compositū ex aere qḋ nō pōt in se habere tactū·

Et oportet sicut de·

Hic determinat de obiecto tactus· Et vult ꝙ sicut alij sensus sunt contrarioꝝ sicut visus est visibilis et inuisibilis ita tactus est tangibilis et intangibilis· Et nō debet capi intangibile contradictorie pm ꝙ intangibile dicit nullo mō tāgibile quia hoc nō cōtinet sub obiecto tactus sed capit itāgibile puatiue vl cōtrarie· dr eñ puatiue intangibile qḋ habet paruū tactū sicut aer q̄ vix tangit· vl dicit intangibile cōtrarie q̄a corrumpit tactum. Concludit in fine ꝙ dictum est de vnoquoqȝ sensu figualiter· i· cōmuniter·

Oportet autem Vni·

Postq̄ Aresto· determinauit de sensibilibus et sensibus in pticulari. Hic determinat de sensibus in generali· et pmo facit hoc de sensib⁹· scđo de organis· Ponit ergo pmo vnā conditōem cōuenientē oibus sensibus que conditio pōt esse descriptio ipsi⁹ sensus· Et est ista ꝙ sensus est quedam potēa organica susceptiua speꝝ sine materia· et hoc est qḋ dicit textus ꝙ sensus est susceptiu⁹ specierū sine materia· et ponit Aresto. simile de figura sigilli que figura recipit in cera absqȝ conditionib⁹ materie ipsi⁹ sigilli. quia siue sigillū sit aurū siue argentū siue cuprū equaliter recipitur figura in cera· ꝙ̄uis eñ materia auri sit rubea et materia argenti alba cū illis tñ cōditionibus nō recipit figura sigilli sic etiam color suscipit in visu nō cū cōditionib⁹ quas color habȝ in subiecto quia ibi ē cū duricie et grauitate siue cū calore et frigore et tñ sic nō recipit color in visu·

Arguitur

Omnis conditio debet esse ppria illi cui cōuenit sȝ suscipe formā sine materia est cōe omnib⁹ reb⁹ naturalibus· ergo nō est ppriū sensibus· Dicendum ꝙ in rebus cōicantibus suas formas inueniuntur triplex ordo· quedā eñ res cōicant suas formas cū aliqua parte materie sicut agentia que generant p decisionē seminis quia oportet partem materie ipsi⁹ generantis ingredi ipm genitum· Alia sunt agentia que cōmunicāt suas formas absqȝ aliqua pte materie quia scȝ forma que cōmunicat ab agente eodem mō habet esse in paciente vt in agente ꝙ̄uis tamē nulla ps materie cōmunicat siue pticipet et hoc contingit in agentibus naturalibus quia agentia naturalia eodem modo agūt formā in passum sicut habȝ eā in ppria materia· Exempli gratia· Ignis generans ignē in ligna generat ignē in lignū cū calore cū leuitate et cōsimilibus conditionib⁹ quas habet ignis. Rō hui⁹ est quia qñcunqȝ agens et patiens habent eandem dispositionē ad recipiendū aliquā formā equaliter recipit in agēte ⁊ in patiente ipa forma· Tercio modo aliqua res cōmunicat suā formā nec dando partem materie nec sic ꝙ forma habȝ silem dispositōem in agēte et in patiente sed forma cōmunicat absqȝ cōditionibus materie scȝ phisice et hoc est ppriū sensibilibus ꝙ agunt i sensus absqȝ materia· Exempli

gracia color ē i pariete cū dēsitate cū frigiditate vl' caliditate sed sic nō imprimit se i sensū quia sm q agit in sensū non habet grauitatē vl' leuitatē caliditatem vl' frigiditatem Et ideo conpat arestotiles immutacōem sensuū ad impressionē sigilli in cera quia cera recipit sigillū cū cōdicionibus mathematicis que sunt figura situs et sic de aliis que dicuntur condiciones mathematice quia sequūt quātitatē sed ñ cū cōdicioib' materie phice que sunt qualificatiue disposítiones quia ñ recipitur figura sigilli in cera cū colore sigilli. Et tamē esse ista dr̄ia quia figura sigilli solū est in cera sm supficiem sed immutacō sensus etiā fit sm psunditatē

Arguitur Propriū est intellectui formam sustipe sine materia ergo nō ɔuenit sensui. Dōz q sustipe formā sine materia potest dupliciter intelligi. Vno modo absolute et simpliciter quia. s. recipit formā omnino immaterialē et hoc solū ɔuenit intellectui q̄r spēs intelligibil' est omnino imaterial'. Alio mō intelligitur q aliquid suscipit formam sine materia .i. sine ɔdicionibus materie phice sed cū condicionibus materie mathematice Dicitur enim cōdiciones materie mahtematice que sequūtur materiā ex pte quātitatis sicut sunt figura et situs et illas ɔdiciones habet etiā spēs sensibil' in sensu. Et p hoc solutur istud argumentum. ppriet as nō derelinquit suum subiectum ergo si sensus recipit suū sensibile cū cōdicionibus materie ergo etiā cū materia Dicendum q ppetas non derelinquit suum ppum subiectū et ideo sicut sēsibile recipitur in sensum cū ɔdicionibus materie mathematice ita etiam recipitur cum materia mathematica .i. cū materia habente quantitatē Recipiūt eīn spēs sensibiles i materiale organū quod in se habet situm et figuram et alia que requirūtur ad materiā mathematicā et cōsimiles ɔdiciones habet spēs sensibilis i organū recepta

Arguitur Sensus est materialis ergo sustipit obiectū materiale q̄a inter obiectum et sensum debet esse pporcio Dicendum q organū sensus accipitur dupliciter Vno mō sm q est materiale .i. habēs materiā et sic recipit suū obiectū cū ɔdicionibus materie mathematice. Alio modo accipitur vt ē vitale .i. sm q est principiū opacionū vitaliū et sic recipit suā formā supra modū entiū pure naturaliū quia ergo pure naturalia recipiunt formā cū materia .i. cū ɔdicionibus materie phisice sic sensus debet recipe suā formā sine ɔdicionib' materie phisice

Arguitur Nihil agit vltra suā speciem sed sensibile est materialiter in subiecto ergo nō potest agere suā speciem spūalē in sensū Dōm q sensibile habz eādem spēz in subiecto et sensu sed habet impfectiorem modū in sensu q̄ i subiecto et ideo sensibile agens suā spēz in sensū nō agit vltra suā speciē sed pocius infra ipsam quia agit formā habentē impfectius esse quā habuit in subiecto sic autem nō est de specie intelligibili quia spēs intelligibilis est pfectior fantasmate a quo diffundit̄ ergo nō potest fantasma diffundi nisi p intellectū agētē sicut dicitur tercio hui'

Arguitur Omne agēs assimilat sibi passum sed materia sensibilis cū forma sensitiua agit in sensū ergo debet fieri similitudo tam ex pte materie q̄ ex pte forme. Minor patet quia color ñ agit i visū sed colorarū vt prius dictū ē. Dōm q agens nō assimilat sibi passū sm suū totū esse sed sm formā sm quam agit sicut patet in calefactione aque quia ignis calidus agit in aquā et tamē ñ agit ignē in aquā sz calorē sic etiā ē i actione sensibil' in sensū quia quāuis materia sensibil' cū forma sensibili agat in sensū non tn̄ fit assimilacō nisi respectu forme et non respectu materie

Arguitur Intellectus in prima opatōe nō est verus. ergo qd dictum est falsum est. Aūs pbat quia veritas ē in scd̄a opatione itellectus scz i compositione et diuisione vt dicit i primo periermenias. sed i p̄ma opatōe non est talis compositio. Dōm q est triplex veritas. Quedā est veritas entis. et illa est i ente sicut i subiecto p̄m q ens refert ad intellectū a quo dependet et tūc ens et verū nō distinguūt nisi p̄m rōem. Alia est veritas assumi

latiõis. et talis veritas est in potentijs sm q assimilant suis obiectis. Vñ visus dicit ver⁹ qñ in se habz spẽm sensibilem vł visibilem illius qδ p visum pcipit. illis ergo duobus modis intellectus põt esse verus in pma opatione. Põt eñi esse verus pmo modo quia est ens et etiaz scdo modo quia põt in se habere similitudinẽ sui obiecti. Tercia est veritas cõpositõis et illa est in cõpõe vł enũciatõe vł cõpositõe concepta sicut in subiecto. et quia cõpositõ spectat ad scdam operationem intellectus. sic cõiter dicere possumus q talis veritas sit in scda opatõe intellect⁹ nõ cõpue subiectiue sed obiectiue quia est in obiecto scde opationis. Exempli grã. Nos dicim⁹ q illa cõpositio sit vera homo est animal ex hoc scz qa est debita habitudo rerũ conceptarũ adinuicẽ in scda opatione intellectus. et sic cõpõ vocalis est vera ex eo q est debita habitudo rerũ significatarũ p terminos in ordine ad conceptõem intellectus. et de illa veritate loquens Aresto. sexto metaphisice. dicit q veꝝ et falsum sunt in aĩa. sicut eñi bonũ et malũ accipiunt p compatõem ad appetitũ ita verũ et falsum accipiunt p compationem ad intellectũ. Est tñ considerandũ q omnis veritas quodãmodo põt dici esse in intellectu sicut in diiudicante vł cognoscente loquẽdo tñ de veritate incõplexorũ siue de veritate pmo modo accepta tunc veritas est in rebus sicut in subiecto. quia in illo est veritas qδ denoĩat verũ sicut illud dicit albũ qδ ĩ se habz albedinẽ ẜ res denoĩat vera ergo veritas repit in rebus. Veritas tñ nõ est in tali re nisi p compatõem ad intellectũ nõ quẽcunqz sed ad illũ intellectũ a quo res dependet. Vñ naturalia sunt vera p compationem ad intellectũ diuinũ quia dependẽt ab intellectu diuino. sed artificialia sunt vera veritate entis p compatõem ad intellectũ nostrũ quia intellectus noster est pncipiũ rerũ artificialiũ.

Arguitur Intellectus noster est sup tẽp⁹. ergo non est aliqua opatio pma scda vł tercia. ¶ Dõm q opatio intellect⁹ põt capi duplr. Vno mõ ex pte obiecti et sic nõ mensurat tpe quia eius obiectũ est vłe qδ est vbiqz ꝛ semp. Alio modo accipit ex parte actus. et tunc adhuc accipit duplr. Vno mõ sm q talis actus absolute refertur ad intellectum et tũc iterũ nõ est mensurabilis tpe qa tũc act⁹ intellectus põt esse circa intelligibile in instanti sicut cõtingit in substantijs sepatis. Alio modo accipit actus intellectus sm q est cũ fantasmatibus. et sic act⁹ intellect⁹ est in tpe cõtinuo. et hoc ideo quia fantasmata sunt corpalia et in organis corpalibus. quia vsus taliũ fantasmatũ sit in tpe continuo. et ideo in substãtijs sepatis quelibet res cui⁹ spẽs est apud intellectũ sube separate intelligit in instanti. Verũ tñ est q plures nature nõ intelligunt in vno instanti. sed in pluribus instantib⁹ in tpe discreto sibi succedentib⁹ et ideo mensurant intellectões taliũ subarũ tpe discreto. et sic dicit btũs Aug⁹. q deus mouz substantiã spũalem p tps scz discretũ et nõ cõtinuũ.

Idem autem est scin. Hic Aresto. resumit id qδ pus dictũ est de intellectu et actu. et vult q scia in actu est eadẽ cũ re scita. ꝛ q scia in actu est posterior tpe scia in potentia sed simplicit ꝛ in diuersis scia in actu est por scia in poña. et illa exponenda sunt sicut pus exposita sunt.

Queritur Ad quid vtilis sit resũptio aliquorũ dictorũm. ¶ Dõm ad tria. Primo vt melius intelligant prius dicta et pfectius intellectui imprimant. Secũdo quia qñqz in resumptõe plus addit q prius fuit dictũ. Tercio q in resumptõe pus dictũ aliqualiter corrigatur.

Queritur Vtrum tres sint opatões intellectus. ¶ Dõm q sic si intellectus extẽdat ad tõem eo modo quo est in hominib⁹. si aũt accipiat intellectus pcise sm q repit in substantijs sepatis tunc iste opationes nõ inueniũt in intellectu. Ex quo sumit causa quare in nostro intellectu iste tres opatiões inueniũt quia intellectus noster ex statu sue creationis est impfectus. ergo oportet q vtatur multis opationibus ad hoc q consequat pfectã cognitionẽ de rebus. sed in intellectu pfecto qualem hñt substãtie sepate nõ oportet tã multiplices opationes ponere. quia p vnã pfectã opationem hñt cognitionẽ de rebus.

Arguitur Intellectus noster nõ põt sił plura intelligere. g⁹ nõ est aliqua tercia opatio intellectus. ¶ Dõm q intellectus habet multiplicẽ opatõem vt dictum est. In pma ergo opatione intelligit simplr aliqδ vnũ. sed in scda et tercia opationib⁹ quãuis ibi intellectus intelligat plura. non tñ intelligit plura p modũ pluriũ sed p modũ vni⁹ qz in scda

opatione intelligit' plura ꝑm ꝙ ꝯueniũt in vna rõne ꝯpõis. sed in tercia opatõne intelligit multa ꝑm ꝙ sũt vn⁹ sylogism⁹ siue vn⁹ discursus

Arguitur Intellectus in ꝑma opatione põt plura intelligere. ergo male dicit ꝙ nõ posset plura intelligere. Añs ꝓbat quia plures spẽs intelligibiles sunt simul in intellectu. ergo intellect⁹ põt vti plurib⁹ spẽbus intelligibilib⁹. ꝯña ꝓbat quia habitibus vtimur qñ volum⁹ tercio ethicoꝝ. ¶ Dõm ꝙ q̃uis in ꝑma opatione intellect⁹ possum⁹ vti pluribus spẽbus intelligibilibus successiue nõ tñ sil'. Et rõ istius est qꝛ sicut impossibile est idẽ corp⁹ disponi ꝑm diuersas figuras et tñ figure nõ opponunt adinuicẽ. ita etiam est impossibile ꝙ intellectus noster vtat sil' plurib⁹ specieb⁹ intelligibilibus q̃uis tales species intelligibiles adinuicem nõ opponant ꝑm essentiã. est tñ repugnantia q̃tum ad vsum diuersarũ spẽꝝ cũ spẽs intelligibiles añ vsum earũ nõ sunt ꝑfecte in actu sed solũ sunt in habitu. et ideo nõ repugnat ĩtellectui habere multas spẽs sed vti eis repugnat.

Arguitur In ꝑma opatione intelligim⁹ supiora et inferiora que sunt multa. ¶ Dõm ꝙ supiora et inferiora sunt idem realiter et ideo nõ intelligũt in prima opatione intellectus ꝑ modũ pluriũ sed ꝑ modũ vni⁹. et ideo intellectus noster intelligit quiditatem rei materialis que compꝛ̃hẽdit supiora et inferiora nõ ꝑ modũ cõpositionis quasi componendo supiora et inferiora sed ꝑ modũ simplicis intelligentie inq̃tũ omnia illa sunt vnũ diffinitũ

Queritur Que istarum opationũ sit perfectior. ¶ Dõm ꝙ ꝑfectio in aliquo sumi põt dupl'r. Vno mõ q̃tũ ad modũ opandi. et sic ꝑma opatio est ꝑfectior. quia ꝑ illam opatõem intellectus noster ꝯuenit cũ intellectu substantiarũ separatarũ. Alio modo accipit intellectus q̃tũ ad rem intellectam. et sic tercia opatio est ꝑfectior quia per illã intelligim⁹ ꝑncipia et conclusiones. et illa opatio ꝑ̃supponit alias sicut perfectũ ꝑ̃supponit impfectũ ⁊ totũ ꝑ̃supponit partẽ. sicut ergo totũ est perfecti⁹ suis partibus sic etiã tercia operatio est perfectior et dignior alijs operationib⁹ intellectus ergo etiã precedit alias.

Queritur Vtrum rõ et intellectus sint vna poña. ¶ Dõm ꝙ sic quia sicut se hñt moueri et quiescere in reb⁹ naturalibus. ita se hñt intelligere et rõcinari in intellectu. sed moueri et quiescere spectãt ad eandem poñam in rebus naturalib⁹. ergo etiã intelligere et rõcinari in intellectu hũano. Est ei vna poña ꝑ quã lapis mouet deorsũ ⁊ q̃escit deorsũ. sic etiã ẽ vna poña ꝑ quã ĩtellectus nr̃ intelligit id ẽ simpl'r apphendit veritatẽ et rõcinat. i. procedit ab vno in aliud. ⁊ ex hoc ptꝫ ꝙ substãtie separate nõ rõcinant cũ operatio earũ intellectualis sit perfecta. ꝫ nostra operatio intellectualis est imperfecta.

Arguitur Anima nostra ꝯuenit cũ substãtijs separatis in rõcinando. ergo substãtie separate sunt rõnales. Añs ptꝫ. quia illa que ꝯueniũt in aliqua forma hñt eandẽ formã sicut ꝯuenientia albedine hñt albedinẽ. ¶ Dõm ꝙ rõ accipit dupl'r. Vno modo ꝑm ꝑmã et scdam operationes. ⁊ sic per rõnale anima rõnalis ꝯuenit cũ substãtijs separatis. quia ille operationes inueniũt in substantijs separatis sicut in anima rõnali. Alio modo accipit rõnale ꝑm terciã operationẽ. et sic differt intellectus noster per rõnem a substantijs separatis. quia substantie separate nõ habent rõem. i. intellectũ ꝑm terciã operationem.

Arguitur Ergo per intellectũ anima ꝯuenit cũ substãtijs separatis et discõuenit. ¶ Dõm ꝙ hoc nõ est inconueniens grã diuersarũ operationũ. quia intellectus ꝯuenit cũ substantijs separatis q̃tum ad duas ꝑmas operationes. ⁊ discõuenit q̃tum ad terciã. Et est simile de albedine imperfecta q̃ albedo imperfecta est ꝑncipiũ ꝯueniendi cũ albo perfecto inq̃tum est albedo et est ꝑncipiũ discõueniendi cũ albo ꝑfecto inq̃tũ est albedo impfecta.

Videtur autem sensi.

Postq̃ Aresto. determinauit de ĩtellectu possibili et de intellectu agente et de operationib⁹ intellect⁹ possibilis. hic ꝯñter determinat de intellectu per compationẽ ad sensum. et ꝑmo oñdit quõ reducat sensus ad actũ. Scdo assimilat illũ motum ad motum quo intellectus ducit ad actum. et tercio facit hoc quo ad obiectũ. Quo ad primũ vult ꝙ sensibile ducit sensum de poña ad actum sine alteratione ꝓprie dicta. vñ sentire nõ ẽ motus qui est act⁹ impfecti sicut determinat de motu in tercio phicoꝝ. sed sentire est mot⁹ q̃ est act⁹ ꝑfecti. i. ipsi⁹ sensus facti in actu ꝑ spẽm sensibilẽ

Ex quo pōt colligi q̄ motus capit̄ duplr̄. Uno
modo ꝓprie sicut diffinit̄ tercio phȳoꝝ et tūc mot⁹
est actus existentis in potēa. et illū motum vult
Aresto. hic excludere. Alio modo accipit̄ motus
ꝓ quacūqꝫ opatōe sicut dicit̄ deus mouet seipm̄
quia intelligit seipm̄ et illo modo sentire est mo
tus quia sentire est quedā opatio que fit p sen
sum motū a sensibili.

Sentire quidem igi.

Hic assimilat motū intellectus ad motū sensus
Et p̄mo ponit duas cōuenientias. sc̄do duas dif
ferentias. Prima cōuenientia est quia sicut sen
sus p̄mo apphendit sensibile absolute. ita intelle
ctus p̄mo apphendit intelligibile absolute et hoc
in p̄ma opatione intellectus. Sc̄da est. sicut ad
apphensionē sensus sequūt̄ delectatio et tristicia
et post delectationē et tristiciā fit fuga vl̄ ꝓsecu
tio rei sensate. ita etiaꝫ in intellectu quia intelle
ctus solum aliquid ꝓsequit̄ vl̄ fugit postq̄ affir
mauit vl̄ negauit. i. postq̄ cognouit aliquid per
modū veri vl̄ falsi. Sc̄do est duplex dr̄ña. prima
est qꝛ sensus nō ꝓsequit̄ vl̄ fugit aliq̄d nisi post
apphensionē delectatōis vl̄ tristicie. sed intellect⁹
immediate post apphensionē fugit vl̄ ꝓsequitur
aliquid absqꝫ media delectatione vl̄ tristicia. Et
rō istius est qꝛ intellect⁹ itelligit bonū vl̄e. qd̄ est
simplr̄ bonū et ideo immediate ꝓsequit̄ vl̄ fugit
sed sensus est circa bonū pticulare qd̄ nō ꝓsequi
tur nisi delectet̄ nec fugit nisi tristet̄. Sc̄da dr̄ña
est quia hoc qd̄ intellect⁹ affirmat vl̄ negat est
bonū simplr̄. ꝫ illud qd̄ sensus ꝓsequit̄ vl̄ fugit
est bonū pticulaē. Et quia Aresto. vsus est istis
terminis delectari et tristari ideo diffinit illos di
cens. q̄ delectari et tristari est agere quadā me
dietate vtutis sensitiue ad bonū vl̄ ad malum
scꝫ ſm sensum cōem qui est quedā medietas vel
centrū cōe omniū sensuū exterioꝝ. Et si dicat̄ de
lectari et tristari spectant ad appetitū. Dōm q̄
delectari et tristari pn̄t duplr̄ accipi. Uno modo
ex parte obiecti. et sic spectant ad vtutem appeti
tiuā siue concupiscibilem quia hn̄t ꝓ obiecto bo
nū vl̄ malū. Alio modo accipiunt̄ delectari ⁊ tri
stari ex parte organi et sic spectāt ad sensum cō
munē quia vtus concupiscibilis est in sensu cōi
sicut in organo vt infra patebit.

Intellectiue autem.

Hic compat Aresto. ꝗ̄ter intellectū ad sensum
ex parte motiui vtriusqꝫ. et vult q̄ sicut se habꝫ
motiuū intellectus ad intellectū ita motiuū sen
sus ad sensum. qd̄ pōt duplr̄ intelligi. Uno mō
sic q̄ sicut sensibile est obiectum sensus ita fan
tasma est obiectū intellectus. qd̄ est verū loquen
do de obiecto remoto. quia fantasma est obiectū
remotū intellectus et quiditas rei materialis ē
obiectū ꝓpinquū intellectus. Alio modo sic expo
nit̄ q̄ sicut sine sensibili nō fit sensatio ita sine
fantasmate nō fit intellectio. et istū intellectum
magis ꝓsequit̄ Aresto. in textu. primū autē in
tellectū ponit Aresto postea in textu ibi. Oīa āt
p̄ter res. Cōcludit ergo ex his Aresto. q̄ anima
nequaq̄ intelligit sine fantasmate.

Queritur

Quotuplr̄ pōt illa ꝓpō intelligi nequaq̄ intelli
git anima sine fantasmate. Dōm q̄ duplicit̄
Uno modo añtecedenter. i. nō intelligit intellectus
nisi añtecedenter moueat̄ p fantasmata ex quibus
fantasmatibus resultat sp̄es intelligibilis ad in
tellectū possibilem et illū intellectū Aresto. hic ꝓ
sequit̄ et intendit. Alio modo pōt intelligi q̄ in
tellectus nō intelligat sine fantasmate ꝗ̄ter qꝛ
scꝫ postq̄ intellectus habet sp̄em intelligibilē tūc
adhuc necesse est in vsu talis sp̄ei se reflectere vel
conuertere ad fantasmata. et istū intellectū po
nit Aresto. postea in textu vbi dicit q̄ cū intelle
ctus speculat̄. i. intelligit rem necesse est sil̄ intel
lectū aliqꝺ fantasma speculari.

Dicitur enim aer pupil.

Hic Arestotiles manifestat p̄mū intellectū scꝫ
q̄ fantasma sic mouet intellectum sicut sensibile
sensum. et hoc p̄cipue ī visu qui est p̄mus sensus
Et dicit Aresto. q̄ sicut aer immutatus a colore
vlterius immutat oculū et organū et pupilla vl̄
terius immutat sensum cōmunē qui est termin⁹
oīm sensuū exterioꝝ distinguēs īter diuersa sen
sibilia. sic intellectus noster est vn⁹ cōmunis ter
minus oīm fantasmatū distinguēs inter diuer
sa fantasmata. i. repn̄tata p diuersa fantasma
ta. Et ideo dicit Aresto q̄ anima intelligit sp̄es
intellectuū in fantasmatibus. i. sp̄es rerū intelle
ctarum fiūt in intellectu ex fantasmatib⁹. vl̄ sic
Intellectus intelligit rem ſm qd̄ est imitabilis.
ꝓsequibilis vl̄ fugibilis inq̄tum repn̄tat̄ in fan
tasmatib⁹. et hoc ideo quia ꝓsecutio vl̄ fuga nō
fit p intellectū speculatiue acceptū. sed p intelle
ctum applicatum ad res singulares ſm q̄ res

ꝓ̄sentantur in fantasmatibus·

Arguitur Si se habz fantasma ad intellectum sicut sensibile ad sensum·ergo fantasma erit obiectum nostri intellectus·sicut sensibile est obiectū sensus. ꝯña tenet a simili· ¶ Dcõm ꝙ bñ ẽ simile quo ad aliquid·quia sicut sensus nõ mouet absq3 sensibili ita etiam intellectus nõ mouet absq3 fantasmate·et ideo põt etiam dici fantasma obiectū remotum sed nõ ꝓpinquū vl' ꝓpriū· Secõa similitudo est quia sicut a sensibili resultat spẽs ad sensum ita a fantasmate resultat species ad intellectū Sed in duob9 est drña· Primo quia sensibile et sensus hñt ꝓporcionẽ adinuicẽ quia vtrūq3 ẽ materiale·ergo sensibile põt immediate mouere sensum nõ aũt fantasma põt ꝓxime mouere intellectum. Secõa est quia species intelligibiles manent ꝑfecte in intellectu·sed spẽs sensibiles non manẽt ꝑfecte in sensu saltẽ exteriori·

Queritur Quid sit fantasma· ¶ Dicendū ꝙ fantasma est species siue ymago rei sensibilis retenta in sensib9 interioribus·in sensibus em̄ exteriorib9 non manent spẽs sensibiles ergo reseruant ꝓpe in duobus sensibus interiorib9 sc3 in ymaginatiua et memoratiua·

Et omnino in actiõe·

Hic Aresto·compat adinuicẽ cognitionẽ intellectus practici et speculatiui·et vult ꝙ intellectus sine actione·i·intellectus speculatiu9 et intellect9 in actione.i·intellectus practicus ꝑ quẽ fit actio sunt in eodem genere siue illud genus sit bonū siue malū·qd̃ dictū põt duplr̃ intelligi·Vno mõ sic ꝙ res intellecta siue practice siue speculatiue quãq3 est bona ⁊ quãq3 mala·Nec ꝑ hoc diuersificatur genus rei qd̃ considerat practice vl' speculatiue·Ex quo sumit ꝙ intellectus practicus et speculatiu9 habent idem obiectū.quia genus rei cognite nõ est diuersum ſm qd̃ considerat practice vl' speculatiue·Alio modo põt sic intelligi ꝙ ipa cognitio rei sit qõdam bonū tam intellect9 practici ꝙ̃ speculatiui sed speculatiui est bonū in vli et practici est bonū in ordine ad ꝑticulare opabile·et hoc est qd̃ addit Aresto·ꝙ drñt isti intellectus ĩ eo ꝙ est simplr̃·i·vniuersaliter qd̃ spectat ad itellectū speculatiuū et quodãmodo.i·ꝑticulariter qd̃ spectat ad intellectum practicū·ex qua expositione sumit ꝙ eadē est opatio intellectus speculatiui et practici·Vnde ex vtraq3 expositõe accipit ꝙ intellectus practicus et speculatiu9 nõ drñt realiter·quia ex ꝑma expositõe habet ꝙ nõ drñt penes obiectū·et ex scõa habet ꝙ non drñt penes actum·ergo cum poñe distinguant penes actus obiecta·sic manifeste pt3 ꝙ sũt vna poña

Queritur Vtrum intellectus practicus et speculatiu9 sint vna poña· ¶ Dcõm ꝙ sic quia sunt vna poña sc3 intellectus possibilis·et hoc sic ꝓbat quia intellectus speculatiu9 differt a practico in hoc quia intellectus speculatiu9 apꝓhendit aliqd̃ intelligibile absolute·sed intellectus practic9 apꝓhendit aliquid ſm ꝙ ordinat ad opus·sicut ph̃us apprehẽdit domū absolute et artifex ſm ꝙ factibilis est in materia·ideo intellectus speculatiu9 nõ mouz sed manet·i·quiescit ſm Areste·postea· Ex quo sumit tale argumentū·quicq̃d se habet accidẽtaliter ad rõem poñe hoc nõ diuersificat rõem illius poñe sicut accidit colorato ꝙ sit magnū vl' ꝑuū· et ꝑ hoc ꝙ coloratū est magnū vl' paruū non diuersificat rõ visus· sed accidit apprehenso ꝑ itellectū ꝙ ordinet ad opus·ergo ordinatio ad op9 nõ diuersificat rõem poñe·et sic intellectus practicus qui sic considerat obiectū nõ est alius ab intellectu speculatiuo qui absolute ꝯsiderat illud

Arguitur Apprehensiuū et motiuū sunt diuersa genera poñarum·sed intellectus speculatiu9 est apprehensiuus et practicus est motiu9·ergo sunt diuersa genera poñaꝝ. ¶ Dcõm ꝙ duplex est motiuū.aliqd̃ est motiuū executiuū motus·et tunc poña motiua ꝑ̃ncipaliter consistit in corde in neruis et in musculis exequentibus motū· et illo modo motiuū est realiter distinctū ab apprehensiuo·quia tale motiuū nõ ẽ cognitiuū nec apprehensiuū· Aliud est motiuū qd̃ impat motū et tale nõ est distinctum ab apprehẽsiuo ymmo est apprehẽsiuū· Vñ Aresto·postea dicit ꝙ intellectus appetit9 ⁊ fantasia sunt ꝑ̃ncipiū motiuū siue poña localit̃ motiua·Per hoc ergo dcõm est ꝙ intellectus practicus est ꝑ̃ncipiū motiuū quasi dirigens motum nõ quasi exequẽs motum·et hoc couenit sibi ſm modū sue apprehensionis apprehendit em̄ aliq̃d ſm ꝙ ordinabile ad opus

Arguitur Diuersa rõ obiecti diuersificat poñam. sed obiectū intellectus speculatiui est verū·et obiectū intellectus practici est bonū·ergo intellect9 speculatiu9

et practicus nõ sunt vna potẽa. ¶ Dõm ꝙ obiectum intellectus practici nõ est bonū. quia bonū est obiectū volūtatis cum sit appetibile. Sed obiectū intellectus practici est vm̃ nõ absolute sumptum sed ordinabile ad res exteriores in quib⁹ inuenitur bonū. et ideo quodãmodo intellectus practicus extendit speculatiuū. Et hoc est qḋ dici solet ꝙ intellect⁹ speculatiu⁹ extensione fit practicus. quia scꝫ extendit se ad res exteriores ſm ꝙ sunt in rerū natura. Intellectus aūt speculatiu⁹ solum opatᷓ circa rem ab intra et nõ ordiat suos cõceptus ad opus. Et ex isto vlterius põt sumi sicut aliqui dicūt quõ drñt spẽs intelligibil̃ et ydea artis. quia sunt idem ſm rem sed drñt ſm rõem. Spẽs em̃ itelligibilis dicitᷓ ſm ꝙ absolute aliquid ꝑ eam intelligim⁹. Et dicitᷓ ydea ſm ꝙ ꝑ intellectū practicū ordinatᷓ ad opus. Alij tñ ꝓbabilius dicūt ꝙ ydea sit obū intelligibile practicū qḋ nõ est subiectiue in intellectu sicut spẽs intelligibilis sed solū obiectiue sicut etiã obū intelligibile speculatiuū.

Queritur Vtrum sint plures potẽe in aĩa immateriales ꝙ̃ tres. ¶ Dõm ꝙ sunt ibi tm̃ tres immateriales realiter et specifice distincte scꝫ intellectus agens intellectus possibilis et volūtas. Cui⁹ rõ est q̃ ad faciendū actu omnia intelligibilia sufficit intellectus agens. et ad suscipiendū actu intelligibilia et ad ea cognoscẽdū sufficit intellectus possibilis. Pro inclinatione aūt ad talia intelligibilia sufficit volūtas. cū ergo nõ sint plures opationes nõ sunt etiã plures potẽe in aĩa rõnali.

Arguitur Intellectus in actu. intellectus in habitu. intellect⁹ adeptus et intellectus eroicus sunt etiã potẽe et non enumerantur hic. ergo sunt plures ꝙ̃ tres. ¶ Dõm ꝙ omnia ista sunt vna potẽa ſm rem. scꝫ intellectus possibilis drñt tñ ſm rõem. q̃a intellectus dicitᷓ possibilis ſm ꝙ est in potẽa ad species intelligibiles. dicitᷓ em̃ possibilis quasi potẽs recipe spẽs itelligibiles. Et dicitᷓ intellectus in habitu ſm ꝙ actualiter acquisiuit spẽs intelligibiles. Sꝫ dicitᷓ intellectus in actu quia actualiᵗ vtitur illis spẽbus sicut aliquis actu intelligẽs. Sꝫ dicitᷓ intellectus adeptus quia acquisiuit sibi omnes spẽs intelligibiles qualis intellectus fuit in ꝑmo homine scꝫ Adam et in christo. Et addunt aliqui ꝙ postq̃ intellectus possibilis est fact⁹ adeptus tūc cõiungitᷓ sibi intellect⁹ agẽs vt forma quia nisi sic intellect⁹ agens esset frustra. q̃a tūc nõ habet abstrahere spẽs itelligibiles cū habeat eas. ergo oportet vt intellect⁹ agens sibi coniungatᷓ vt forma vl' spẽs intelligibil'. et tūc vlteri⁹ addūt ꝙ itellect⁹ possibil' vt sic possꝫ itelligere substãtias sepatas ꝯ q̃ inferi⁹ dicetᷓ. Dicitᷓ ãt itellect⁹ eroic⁹ qui intelligit ꝑ eleuationẽ sicut ille intellectus q̃ intelligit ꝑ singularẽ influentiã diuini luminis sicut sanctus Paulus intellexit.

Arguitur Sinderisis et conscientia etiam spectant ad animã rõnalem. ergo erūt plures potẽe anime rõnalis. ¶ Dõm ꝙ ista ponūtᷓ ĩ anima rõnali nõ sicut potẽe sed sicut habit⁹ vl' actus. quia sinderisis nominat habitū assensiuū ꝑncipioꝝ in practicis vl' agibilibus. Sicut em̃ intellectus ſm ꝙ intellect⁹ significat habitū assẽsiuū ꝑncipioꝝ ꝑmoꝝ et spectat ad intellectū speculatiuū sic sinderisis ponitᷓ in itellectu practico ad assentiẽdū ꝑncipijs ꝑcticis ꝛ ideo q̃libet homo naturaliter assentit ꝑncipijs practicis. sicut assentit illi principio. Omne bonū est faciendū. ꝛ tñ nõ semꝑ facit hoc. qḋ contingit ex appetitu inferiori ꝛ ex fantasia sicut inferius patebit. Sed cõsciã significat actū sicut ptꝫ ex noĩe conscie. quia conscĩa est applicatio scĩe ſm ordinẽ ad aliqḋ opabile. et ille actus oritᷓ ex sinderisi ſm quã sinderisim ipẽ intellect⁹ deprecatᷓ ad optima. et ideo ponitᷓ q̃nq3 conscĩa ꝓ tali habitu et sic dicitᷓ conscĩa semꝑ manere ꝓpẽ sinderisim. vñ etiam fit iuramentū ꝑ conscĩam. i. ꝑ naturale iudicatoriū qḋ est insitū homini ꝑ diuinã sciam. sicut ergo possum⁹ iurare ꝑ deū inuocãdo deū in testem. ita etiam possum⁹ iurare ꝑ conscĩeam q̃ est ymago diuine scientie.

Arguitur Ratio superior et rõ inferior sunt in anima rõnali ergo adhuc sunt plures ꝙ̃ tres. ¶ Dõm ꝙ iste due drñe iterū inueniūtᷓ in vno intellectu scꝫ possibili qui ſm rõem distinctus dicitᷓ superior et inferior. Dicitᷓ em̃ intellectus possibilis rõ superior ſm ꝙ intelligit deū et substantias sepatas. et hoc ẽ qḋ dicit Aug⁹. ꝙ rõ superior est que intendit eternis conspiciendis et consulendis. conspiciendis ꝑ intellectum speculatiuū et cõsulendis ꝑ intellectum practicū. Et ꝑ oppositū dicitᷓ rõ inferior q̃ intendit istis inferioribus corruptibilibus cõspiciendis ꝑ intellectum speculatiuū et cõsulẽdis ꝑ intellectum practicū. Vñ põt aliquis in aliquam opationẽ ꝓcedere q̃nq3 ex ratione superiori et tunc

maxime mereť pmiū eternū. Exempli grā. aliq̄s pōt visitare ecclesiam quia hoc placet deo et ab eo pcipiť et sic facit illud opus ex rōne supiori. Alio modo pōt visitare ecclesiam quia est hone stum apud homines. et sic hoc opus procedit ex ratione inferiori.

Arguitur

Aresto. dicit sexto ethicorꝫ ꝙ aliud est p̄ncipiū q̄ aīa cognoscit necessaria. et aliud est per q̄ cognoscit contingētia. quia p rōem supiorem cognoscit necessaria sed p inferiorē contingentia. ergo videnť esse alia p̄ncipia. Dōm ꝙ est duplex p̄ncipiū cognoscendi scꝫ p̄ximū et hoc est habitus. et tunc est verū ꝙ est aliud et aliud p̄ncipiū cognoscēdi. quia est alius habitus quo cognoscim⁹ supiora necessaria scꝫ deum et suā essentiā ⁊ alia que ad deum spectant qui est sapia. Et est alius habit⁹ quo cognoscit inferiora scꝫ scia vł opinio. Aliud est p̄ncipiū cognoscendi pmū q̄ est poña et tūc est idem p̄ncipiū intelligendi contingentia ⁊ necessaria scꝫ intellectus possibilis. et de tali p̄ncipio nūc loquimur q̄ scꝫ est poña.

Abstractione autem.

Ex quo Aresto. supra dixit ꝙ absqꝫ fantasmate anima nō pōt intelligere et fantasmata sunt similitudines rerū materialiū. hic ꝯńter ostēdit quō intelligi p̄nt mathematicalia ex quo ipa nō videnť esse in materia sed abstracta sunt a materia. Et vult Aresto. ꝙ q̄uis mathematicalia ñ sint in materia sensibili que scꝫ est determinata qualitatibus sensibilib⁹. sūt tñ in materia ymaginabili. i. in materia accepta cū q̄titate. et ideo etiā mathēaticalia p̄nt habere fātasmata quib⁹ intelligant. Est tñ verū ꝙ intellectus ī intelligēdo mathēaticalia sepat ea a materia sensibili.

Utrum autem cōtin.

Hic mouet questionē circa illa que sunt simpliciť sepata a materia. sicut sunt substantie sepate. Et dicit ꝙ posterius considerandū est scꝫ in metaphisicalib⁹. Utrū contingat nostrū intellectū nō sepatum a magnitudine. i. corpe intelligere aliq̄ sepatorꝫ. i. aliquā substantiā sepatam. ex quo eñ ille substantie nō habēt fantasmata. sic simpliciter appareret ꝙ ille non sint intelligibiles a nobis pro hoc statu.

Queritur

Quare Aresto. non soluit istam questionē. Dōm ꝙ ista questio nō potuit hic solui quia nōdū est manifestū aliquas esse substātias sepatas. nec manifestū est que et quales sint substantie sepate. sed ista questio nō pōt solui nisi sciať essentia substantiarū sepatarū. et ideo hec questio spectat ad metaphisicū qui determinat de substantijs sepatis. et tñ non inueniť soluta a metaphisico et hoc pōt esse ex aliqua triū causarū. quia vł cōplementū illius scie ad nos nondū puenit. vł qꝛ liber nō est ad nos translatus q̄uis etiā sit factus. vł quia Aresto. occupatus morte et puent⁹ nō fecit vltimos libros. Uel pōt dici ꝙ Aresto. aliqualiter respondet ad istā questionē scđo metaphisice cū dicit ꝙ intellectus noster se habꝫ ad eā que sunt manifestissima nature quales sunt substantie sepate sicut oculus nicticoracis ad lumen solis. Et nono metaphisice dicit ꝙ intellect⁹ noster nō habet se ad immaterialia sicut cecitas

Queritur

Utrum in hac vita possimus intelligere substantias sepatas. Dōm ꝙ duplex est cognitio de substantijs sepatis scꝫ cognitio quo ad quia est quia scꝫ sunt in rerū natura. et sic possum⁹ habere noticiā de eis. sic eñ Aresto. ex motu inuestigat ndm substantiarū sepatarū duodecimo metaphisice. et hoc ex motu corporꝫ celestium. Alio modo pōt aliquid cognosci quo ad quid est que est pfecta cognitio. et sic anima humana in hac vita nō pōt cognoscere substantias sepatas. Cui⁹ rō est quia sp̄es intelligibilis substantie sepate nō pōt venire ad intellectū nostrum in hac vita qꝛ tal sp̄es recipiť ex fantasmatib⁹ sed substantie sepate non habent fantasmata. ergo etiam non habent sp̄es intelligibiles in intellectu. et ideo res naturales p̄nt cognosci quo ad quid est qꝛ habēt sp̄es intelligibiles apud intellectum. Sed hic est considerandū ꝙ ŝm opinionem Platonis primo intellecta a nobis sunt substantie sepate. q̄a ipe posuit ydeas immateriales que sunt pmo a nobis intellecte. Auerrois aūt dicit ꝙ possum⁹ intelligere subās sepatas p continuatōem intellectus possibilis ad intellectum agentē quē ipe dicit esse substantiā sepataꝫ. Modus aūt opinionis ŝm eum talis est quia cū intellectus agēs se habeat vt lumē eodē modo recipiť intellectus agēs in intellectum possibilem sicut nūc recipiť lumen corpale in visum. sed lumē corpale recipiť simul in visum cū obiecto scꝫ cū colore. ergo etiā intellectus agens recipiť in intellectū possibilē siḱ cum

obiecto intellectus. quia ergo in fine intellectois omniū rerū speculata ꝑfecte vniūt intellectui possibili. ergo etiā tunc ꝑfecte vnit ei intellectꝰ agēs et cū iste intellectus agens sit substātia sepata ſm eum. ergo sit intellectus possibilis cognoscit et materialia et imaterialia. et ī hoc dicit Auerrois consistere hominis felicitatē. sed hec opinio multipliciter deficit. Primo quia ꝑsupponit intellectum agentē esse substantiā sepatam qđ est ꝑ us reprobatū. quia ꝓbatū est ꝙ ītellectus agēs sit accñs anime. vñ si ſm veritatem intellectus agens vniret intellectui possibili. tūc adhuc non cognoscēmꝰ subas sepatas quia accñs nō sufficienter ducit in noticiā substātie. si tñ suppositum esset verū tūc ista opinio haberet apparentiam. Scđo deficit ista positio quia si ītellectus agēs esset substantia sepata tunc illa nō vniret intellectui possibili ꝑ suā substantiā sed solū ꝑ lumen vl' ꝑ aliqđ accñs. sicut nūc in simili pupille oculi vnit lumē solis et nō substantia solis. sic etiam possit lumē illius substantie vniri intellectui nō aūt substātia. Tercio deficit in hoc quia dicit ꝙ ista substantia vniret nobis ꝑ hoc ꝙ intellectus noster haberet ꝯgnitionem omniū rerum. hoc eñ dictum habet duplicē defectū. Primo quia nō ꝑt alicui contingere ꝙ habeat cognitionē omniū rerum et hoc loquendo de intellectu possibili đ quo hic loq̄mur. quia sunt multe sp̄es arboꝝ plantarum et animaliū in diuersis regionibꝰ et ꝑcipue in paradiso terrestri in quo ōnia indiuidua fructuū dr̄it sp̄e que ꝑ intellectū cognosci nō possūt Scđo quia si vnirent nobis sp̄es intelligibiles omniū rerū naturaliū tūc adhuc substantie separate nō essent intellectui nostro visibiles quia substantie sepate excedunt ꝑfectionē oīm rerum naturaliū. Itē deficit q̄ ad hoc ꝙ dicit in hoc esse hominis felicitatem quia ſm phōs felicitas consistit in optimo intelligibili sed optimū intelligibile nō est substantia sepata sed ip̄e deus. et sic videt ista opinio reprobata tanq̄ falsa.

Arguitur Simile a simili cognoscit sed sube sepate sunt magis similes intellectui nostro q̄ res materiales quia intellectus est immaterialis ¶ Dōm ꝙ licz intellectus sit magis silis substātijs sepatis in similitudine nature q̄ nō est causa cognitōis. tñ nō in silitudine ꝓportionis q̄ est cā cognitionis

Arguitur Excellentia intelligibilia maxime ꝑficiūt intellectū ergo intellectus noster maxime debet intelligere subas sepatas. ¶ Dōm ꝙ excellentia intelligibilia maxime ꝑficiūt intellectū illū a quo possūt cognosci. sed sic non est de substantijs sepatis in ordine ad intellectū nostꝝ. Cuiꝰ rō est. quia sicut in sensu sensibilia ꝓporcionata ꝯgnoscunt ꝑ sensum. ita etiā in intellectu solū ꝓporcionata intelligibilia cognoscunt ꝑ intellectum. talia aūt nō sunt substantie sepate in ordine ad intellectum nostrū sed ista materialia. ex q̄ eñ intellectꝰ noster ē ꝑtim in poña et ꝑtim in actu. sic potius intelligit res materiales que hñt materiā ꝑ quam partim sunt in poña et habent formam ꝑ quam partim sunt in actu.

Arguitur Si substantie sepate non intelligunt a nobis. gᵒ sūt frustra quia sunt naturalit intelligibiles. si ergo nō intelligunt ergo sunt frustra. ¶ Dōm ꝙ q̄uis nō intelligant a noß sufficit tñ ꝙ intelligāt a seinuicem et a deo. et eas intelligi a nobis nō ē finis subaꝝ sepatarū. gᵒ licz non intelligāt a nobis nō tñ sunt frustra. quia frustra dicit quod ordinatur ad aliquem finem quem non attingit.

Arguitur Sensus ꝯgnoscit omnia sensibilia. ergo intelligit intellectus omnia intelligibilia. ꝯña tenet a simili. ¶ Dōm ꝙ nō est simile nec ex parte poñe nec ex ꝑte obiecti. ex ꝑte poñe nō ē simile quia homo habet ꝑfectos sensus et ideo pōt omnia sensibilia cognoscere. sed nō habet ꝑfectū intellectum et ideo nō pōt omnia intelligibilia cognoscere. Ex parte obiecti quia omnia sensibilia pñt inmutare sensum. sed nō pñt omnia intelligibilia immutare intellectum sed solū illa que habent fantasmata apud sensum. quia ex illis fantasmatibꝰ resultāt sp̄es intelligibiles ad intellectum.

Queritur Utrum possumꝰ deuenire in ꝯgnitionē subaꝝ separatarum ex rebus materialibus. ¶ Dōm ꝙ possumus deuenire in earū noticiā quo ad quia ē quia scz habent esse. sicut Aresto. duodecimo metaphisice ex nūo motuū corporū celestiū ꝓbat numeꝝ animaꝝ nobiliū que sunt sbe sepate. sed nō quo ad quid ē quia ista materialia multū distant a ꝑfectione subaꝝ sepatarū. et ideo ex eis non pōt cognosci quiditas subaꝝ taliū. cum nō sint ꝓprij effectus substantiarū sepatarū.

Arguitur Aresto. dicit nono metaphisice ꝙ intellectꝰ noster

1 p. q. 88. ar. 2

[illegible] q. 16

nō habet se ad immaterialia sicut cecitas ergo sicut visus. sed visus cognoscit visibilia ergo intellectus noster cognoscit immaterialia. Dōm q quo ad quia est nō habet se intellectus noster sicut cecitas sed quo ad quid est et pro statu huius vite habet se sicut cecitas et hoc habet ex Aresto. scdo metaphisice qui sic dicit q sicut se hz oculus nicticoracis ad lumē solis ita se habet intellectus noster ad manifestissima nature. i. ad substantias sepatas. sed manifestū est q oculus nicticoracis nō pōt cognoscere solem nisi in umbra siue in effectu eius. nō eñ pōt pfecte intueri radios solares. ita intellectus noster qui est debilis in virtute intellectuali non pt intueri naturā substantiarū sepatarū sed solū umbrā earū scz effectū et ex effectu possum⁹ devenire in noticiam earum quo ad quia est.

Arguitur Scientie sunt de substantijs sepatis sed scie acquirunt p demonstratōem cui⁹ mediū est diffinitio. ergo sube sepate cognoscunt p diffinitōnem et p ɔñs p ipm q quid est. Dōm q duplr de aliq̃ habet scia. Uno mō ppie qñ ppria passio demōstrat de subiecto p ppria pncipia et talis scia est p diffinitōem eius de quo est scia. Alio modo de aliquo est scia impropie p modū remotionis. quia scz aliquid remouet de aliquo qd in alio repetit et illo mō habet scia de substantijs sepatis et talem sciam nō oportet esse p diffinitōem sed p compatōem uni⁹ rei ad aliā rem. sic aūt comparamus res materiales ad subas sepatas et dicim⁹ q sube sepate sunt incorporee insensibiles et inanimate rc.

Arguitur Nos possum⁹ cognoscere animā rōnalē quo ad substantiā ergo etiā possum⁹ cognoscere subas sepatas quo ad quid est. ɔñaten et. quia aia rōnalis pōt sepati a materia scz a corpe. Dōm q nō est simile de anima rōnali et substātijs sepatis. quia intellectus noster pōt naturalit cognoscere ppriū effectū aie rōnalis qui pprius effectus est intelligere cū discursu sed nō possum⁹ naturalit intelligere ppriū effectū subaꝝ sepataꝝ sed solū effectū cōem qui est intelligere. Sed est cōis regula q pprius effectus ducit in cognitōem cause quo ad quid est. sed effectus cōis solum facit cognoscere causam quo ad quia est. quia effect⁹ proprius orit ex ppietate alicui⁹ rei sed sic non orit effectus cōis et ergo nō est simile

Arguitur Solum illa causa nō cognoscitur per suum effectum que in infinitū distat ab effectu suo sicut ē deus. sed sube sepate nō distant in infinitū ab eorum effectibus qui sunt ista inferiora. ergo pñt cognosci p illos effectus. Dōm q si aliqua causa in infinitū distat ab aliquo effectu tūc effectus non pōt ducere in cognitōem cause nec quo ad gen⁹ nec quo ad dr̃iam sed bene quo ad quia est. et sic ex creaturis nō possum⁹ cognoscere gen⁹ dei nec dr̃iam quia nullū illoꝝ habet. sed si aliqua causa distat ab effectu fm finitū tūc possum⁹ p effectus duci in cognitōem generis sed nō in cognitionē dr̃ie. sicut est in substātijs sepatis quia cognoscim⁹ eas esse in genere substātie sed nō cognoscim⁹ dr̃ias earū. quia dr̃ie in eis sumunt fm diuersos gradus intellectualitatis qui sunt nobis simpliciter ignoti.

Arguitur Videt q nullo mō possimus cognoscere subas separatas nec quo ad genus nec quo ad quia est. pbat. quia omnis cognitio sumit fm fantasmata. sed sube sepate nō hñt fantasmata apud sensum ergo nullo mō pñt intelligi. Dōm q dupliciter aliquid intelligit p fātasmata. Uno mō p fāta⁹mā ppria q̃ sūt fātasmā rei intellecte et sic corpalia intelligunt p fantasmata et nō immaterialia vt pbat argumentū. Alio modo aliqd intelligit p fātasmata aliarū rerū et sic immaterialia pñt cognosci et intelligi p fantasmata. si eñ aliquis velit intelligere deū tūc intelligit aliquid sicut lumē. si aūt indiuisibilitatē dei tūc intelligit aliquid sicut punctū. Jam manifestū est q fantasmata luminis vl pūcti nō sunt fantasmata dei sed sunt fantasmata aliena quib⁹ ducimur in cognitōem dei.

Arguitur Anima exñs in hac vita pōt rapi a sensib⁹. et tūc pōt intelligere subas sepatas in hac vita. Dicendū q duplex est cognitio aie. Una ē pure naturalis et fm hanc cognitōem nō pōt suba sepata intelligi quo ad q̃ditatē in hac vita. Alia est cognitio aie gratuita que fit p alienatōez a sensibus et p raptū. sicut sanctus Paulus dicit se fuisse raptū in terciū celū. i. in celū trinitatis. et tali cognitōe non est incōueniēs aiam cognoscere subas sepatas. nūc aūt loq̄mur de cognitōne naturali anime. Q aūt illa cognitio raptus nō sit naturalis ptz ex raptu sancti pauli qui dicit

se nescire an in corpe fuit vł extra corpus sic em̄ dixit. Nescio an i corpe fui vł extra corpus deus scit non mentior.

Nunc autē de anima.

Postq̄ Aresto. determinauit de duplici intellcū scʒ agente et possibili. hic ꝯnter oñdit q̄d sencīedū sit de natura aīe. et vult q̄ natura anime est q̄ anima ē quodāmodo omnia. Quod sic ꝓbat q: oīa que sunt vł sunt sensibilia vel intelligibilia. sed aīa est illa. ergo est oīa. Minor ptʒ q: sensus est sensibilia p ꝯformitatē ꝓportōis ad sensibilia. et intellectus est intelligibilia p ꝓportionē ad itelligibilia. Et iō secāt scīe et sensus sicut res. i. diuidunt sensus et scīe sicut res diuidunt. quia sicut ens diuidit in ens in actu et ens in poña. ita etiam est sensibile aliq̄d ꝭm actū et aliqd ꝭʒ poñaʒ q̄d ideo dicit Aresto. quia res sensibilis in poña nō est sensus nec res itelligibił ī poña ē itellect⁹ sed res sensibilis in actu est sensus et res intelligibilis in actu est intellectus. quia dum res actu intelligit tunc habet spēm intelligibilem in intellectu. et ex hoc hñt due autoritates. Prima ē q̄ anima est quodāmodo oīa. Scd̄a est. scientie secant sicut et res.

Queritur

Utrū intellectus istius vltime autoritatis possʒ sic intelligi sicut cōiter solet allegari scʒ q̄ tot sunt scīe quot sunt res. ¶ Dōm q̄ nō ꝭm intentōem phī in textu. ꝭ habet istū intellectum q̄ scie secātur. i. diuidunt quēadmodū et res scʒ in actū et poñam. Pōt tñ ex illa expositōe elici alius cōmunis intellectus ꝛ hoc sic. quia si scīa et res habent conformitatē sic q̄ scīa in actu ē res scita ꝭm conformitatem. ergo tot sunt scie quot sunt res diuersimode considerabiles. Unde pōt sic intelligi q̄ scie secant sicut res accepte ꝭm formales rōes considerandi que formales rōes sumūt ꝭm ordinē ad p̄ncipia et passiones.

Necesse est autem aut

Hic Aresto. oñdit q̄uo different antiqui dixerūt animā ēsse omnia hñtes falsam opinionē. et quo modo aīa est oīa ꝭm veritatem et hoc sic. q: antiqui dicebant aīam esse omnia ꝭm naturā. q̄a scʒ anima esset naturaliter composita ex omnibus rebus intelligibilib⁹ sic q̄ haberet in se naturaliter omnes res intelligibiles. sed Aresto. non vult q̄ aīa sic sit oīa. sed aīa est omnia ꝭm spēm intelligibilem vł sensibilem siue ꝭm ꝓporcionem et hoc sic ꝓbat. Quia lapis nō est in aīa ꝭ spēs lapis ergo res nō est in anima ꝭm naturā sed ꝭm spēm. i. ymaginē. et idō assimilat anima manui quia sicut manus est organum organoꝝ. i. man⁹ dat loco oim organoꝝ. q̄a sicut hō p manus pōt sibi ꝑparare omnia factibilia ita p animam pōt facere omnia itelligibilia et sensibilia et ideo anima est spēs. i. factiua oim spēꝝ intelligibiliū quo ad intellectum agentem aut receptiua omniū spēꝝ intelligibiliū quo ad intellectū possibilem. et est forma receptiua spēꝝ sensibiliū quo ad sensum. Alius aūt textus habʒ q̄ anima intelligat spēs spēꝝ. i. naturas repñtatas per spēs intelligibiles.

Arguitur

Omne obiectū est ī poña sed lapis est obiectū aīe quo ad intellectū. ergo est in aīa quo ad intellectum. ¶ Dōm q̄ duplr̄ aliquid est in aīa. Uno modo subiectiue sicut spēs sensibilis est in sensu ꝛ sicut albedo ē in pariete. et isto modo lapis nō est in aīma sicut dicebāt antiqui sed species lapidis. nō accipiendo speciē p natura ꝭ p specie intelligibili que est ymago rei intellecte. Alio mō aliquid est in anima obiectiue quia scʒ obijcitur poñe anime p aliquā speciē. et sic lapis est in anima sicut oēs alie res p̄ncipaliter intelligibiles.

Queritur

Utrum in anima intellectiua sit aliqua memoria ¶ Dōm q̄ sic. q̄d patet autoritate textus quia textus dicit q̄ species lapidis sit in anima. ex quo sequitur q̄ intellectus tenet in se speciē lapidis et aliarū rerū intelligibiliū. Item Aresto. dixit supra q̄ aīma sit locus specierū. Hoc ꝓbat sic quia de rōe memorie est cōseruare spēs. sed intellectus possibilis cōseruat spēs ergo in eo est memoria. Minor ꝓbat q̄a vnūq̄dq̄ recipit ad modum recipientis sed intellectus est magis stabilis et immobilis q̄ materia corpalis cum sit immaterialis et incorruptibilis. sed materia corporalis tenʒ formas dū p eas nō opat. sicut ignis habʒ calorem dū nō calefacit. ergo multomagis intellectus retinet formas dū p eas nō opatur sed forme intellectus sunt species intelligibiles ergo manent etiam in intellectu dū p eas non opat et hoc est de rōne memorie.

Arguitur

Memoria est p̄teritoꝝ vt dicit in libro de memoria ꝛ reminiscentia. sed intellectus nō est p̄teritoꝝ q̄a

abſtrahit ab hic et nūc. ergo intellectus nō ē memoria. ¶ Dōm ꝙ pretentio pōt ad duo referri. Primo ad obiectū cognitū ſic ſcꝫ ꝙ obiectū ꝯgnitum fuerit ꝑteritū. Alio modo quo ad actum cognitionis. tunc eſt dōm ꝙ in memoria ſenſitiua eſt duplex ꝑteritio dicta. ſcꝫ tam quo ad obiectū ꝙ quo ad actū. ſed in pte intellectiua ſaluat ſolum rō memorie quātū ad actum cognitionis et nō ꝙtum ad obiectū. quia obiectum intellectus ſcꝫ vle nō ſubiacet tpi ſed abſtrahit a tempe. ſed actus intelligendi eſt quidā pticularis actus et ideo ſubiacet tpi. et ideo tunc memoramur in tpe in pte itellectiua qñ cognoſcim' nos pꝰ itellexiſſe ſed memoria ſenſitiua eſt quo ad ꝑteritū obiecti ue ꝙa de pñti nō eſt memoria ſenſitiua niſi ſm ꝙ pñs eſt aliquo modo ꝑteritū et ſm ꝙ pñs accipit in rōe alicuiꝰ preteritionis.

Arguitur Actꝰ itellectꝰ nō ſubiacet tpi. pbat ꝙa intellectus humanus eſt ſupra tps ergo etiā actus eius. ꝙa etiam eſt ſic de intellectu ſubaꝝ ſepatarū. ¶ Dicendū ꝙ intellectꝰ noſter capit duplr. Uno mō ſm ꝓpriā naturam ſm ſcꝫ ꝙ eſt immaterialis. ⁊ ſic nō menſurat tpe continuo nec etiā actus eiꝰ et ideo actus ſubaꝝ ſepatarū nō menſurat tpe continuo ſed diſcreto. Alio modo accipit intellectus noſter ſm ꝙ intelligit ꝑ fantaſmata. ⁊ ꝙ fantaſmata ſunt in organis corpalibus. ſic actꝰ intellectus ex ea pte pōt menſurari tpe. et ideo operatōes anime ſepate nō menſurant tpe ſed fiūt in inſtanti ſic ꝙ quelibꝫ opatio ꝑ ſe fit in inſtanti ſicut iam in ſubſtantijs ſepatis cōtingit ſed nō omnes opationes fiūt in vno inſtanti ꝫ quelibet opatio habet diſtinctū inſtans.

Queritur Utrū memoria intellectiua ſit eadē cū intellectu. ¶ Dōm ꝙ ſic quia memoria eſt intellectus poſſibilis. qđ ſic patꝫ quia idem eſt obiectū vtriuſqꝫ ſcꝫ quiditas rei materialis que vt cognoſcibilis eſt obiectū intellectus poſſibilis ⁊ eadē quiditas vt retenta ꝑ ſpēm eſt obiectū memorie.

Arguitur Augꝰ dicit ꝙ tres ſint vires aīe ſcꝫ memoria intelligentia et voluntas. ergo memoria eſt alia poña ab intellectu. ¶ Dōm ꝙ vis capit duplr. Uno modo ꝓ poña anime et ſic nō ſunt tres vires anime quia vis memoratiua eſt eadē cū intellectiua. Alio modo accipit ꝓ ꝓprietate ipſius anime. et tūc vna poña pōt habere plures vires id eſt plures ꝓprietates. ſicut intellectus poſſibilis habet vim retinendi ſpēs. et ſic vocat memoria. etiam habet vim cognoſcendi et ſic vocat intelligentia. Et ſic pōt ſolui aliud argumentū qđ ſumit ab eodē Augꝰ ꝙ intelligentia orit ex memoria. ſed idem nō orit a ſeipō. ergo intelligētia nō eſt memoria. Dōm ꝙ duplr aliquid orit ex alio. Uno modo ſicut poña a poña. et ſic intelligentia nō orit a memoria vt pbat argumentū Alio mō aliqđ orit ex alio ſicut actꝰ ex actu. ⁊ ſic intelligētia orit ex memoria. ꝙ ex illo actu quo aliquis cōſeruat ſpēs qđ ſpectat ad memoriā oritur alius actus ſcꝫ actus intelligēdi qui ſpectat ad intelligentiam.

Arguitur In potētijs ſenſitiuis eſt alia potētia cognitiua et alia reſeruatiua. ergo etiā intellectus poſſibilis debet eē vna poña et memoria alia. ꝯña tenet a ſimili. ¶ Dōm ꝙ nō eſt ſimile. quia poñe ſenſitiue ſunt corpales ſed in corpalibus nō eſt idem bene receptiuū et reſeruatiuū quia humidū bene recipit et ſiccū bene reſeruat. ſed in incorpalibus pōt idem eſſe receptiuū et reſeruatiuū. Secūdo dicendū eſt ꝙ pñs et ꝑteritū pñt eſſe drñe poñaꝝ ſenſitiuarū ſed nō intellectiuarū. cū ergo memoria accipiat penes ꝑteritum ſic pōt diuerſificari poña ſenſitiua et nō intellectiua.

Quoniam aūt preter.

Quia Areſto. iam dixit ꝙ intellectꝰ eſt omnia intelligibilia. poſſet aliquis credere ꝙ intellectus nō dependeat a ſenſu in ſua opatione cū habeat apđ ſe ſpēs itelligibiles. Probat gꝰ Areſto. ꝙ etiā itellectꝰ hñs ſpēs ītelligibiles idigeat ſenſibus in ſua opatione. qđ ſic pbat quia vnūqđqꝫ intelligit ſicut habet eſſe. ſed res a nobis intellecte non ſunt ꝑter magnitudines ſenſibiles tāꝙ ſepate ab eis ſicut dixit Plato. ergo oportet ſi homo debeat diſcere ſcientiā vl' ſi debeat de nouo intelligere vtendo ſcia habita oportet ꝙ ſemper vtat ſenſu quia oportet ꝙ formet ſibi aliqđ fantaſma in quo videat illud intelligibile. et hoc eſt ꝙ dicit Areſto. Neceſſe eſt cū intellectus ſpeculatur. i. ſpeculatiue cognoſcit ſimul aliqđ fantaſma ſpeculari. Deinde addit quid ſit fantaſma dicēs ꝙ fantaſmata ſūt ſenſibilia accepta ſine materia id eſt ſine conditionibꝰ materie.

Queritur Utrū neceſſe ſit animā intelligere cū cōuerſione

ad fantasmata. ¶ Dicendum q necesse est aiam rõ nalem p statu hui⁹ vite intelligere cũ cõuersiõe ad fantasmata. qd pbat auctoritatib⁹ rõnib⁹ et signis. Auctoritatib⁹ Aresto. in hoc tercio q dicit q intellect⁹ passiu⁹ est corruptibilis .i. sensus in terior. et sine hoc nihil intelligit aia .i. sine sensi bus interioribus in quib⁹ sunt fantasmata. Se cundo compando sensum ad intellectum dicit q nequaq anima sine fantasmate intelligit. Ter cio in hoc textu dicit q cum intellectus speculat necesse est aliquod fantasma speculari. Secũdo pbat tribus rõnib⁹. Prima sumit ex pte anime Scda ex pte obiecti. Tercia ex pte spẽi intelligi bilis. Prima stat in hoc. mod⁹ opandi sequit mo dum essendi. sed anima cõiuncta corpi habz mo dum essendi in corpe. ergo etiã habz modũ opan di p corp⁹. ergo oportz q vtat organis corpalib⁹ in suis opatiomb⁹. talia aũt organa habẽt in se fantasmata. ergo intellectus intelligit p fantas mata. Scdo pbat ex parte obiecti intellectus et stat rõ in hoc. Obiectũ itellectus est quiditas rei materialis. illa aũt quiditas nõ habet esse p se subsistens sicut dixit Plato. sed habet esse in pticularibus. ergo etiã illa quiditas nõ pfecte in telligit nisi fm ordinẽ ad pticularia. sed pticula ria hñt pñtari p fantasmata. ergo oportet q in tellectus intelligat cũ cõuersione ad fantasma ta. Tercia rõ stat in hoc. spẽs intelligibil abstra hit a fantasmatibus nihil aũt abstrahit ab alio nisi habeat naturalem cõuersionẽ ad ipm a quo abstrahit. cũ ergo spẽs intelligibiles abstrahant a fantasmatib⁹ ille spẽs intelligibiles hñt natu ralem ordinẽ ad fãtasmata. ergo oportet vsum spẽi intelligibilis fieri p fantasmata. Tercio p bat ex duobus signis. Primũ est quia intellect⁹ noster etiã postq habet spẽm intelligibilem impe dit in sua opatione p lesionẽ sensus. et ptz in in firmitatib⁹ vl in notabili lesione vl vulneratõe capitis vl ebrietate. õia eñ ista impediũt vsũ sciẽ. pter lesionẽ sensuũ interioꝝ in quibus sunt fantasmata. Scdm signũ est quia qñcũq aliqs vult aliquã rem intelligere vl vult alias ad in telligendũ inducere tũc format sibi aliqua fãtas mata p modũ exemploꝝ in quibus exemplis vi deat pticulariter hoc q vult vniũsaliter intelli gere. et iõ docẽtes alios formãt varia exempla vt cipiãt aliqs vle dictũ i pticulari fãtasmate.

Arguitur Habitibus vtimur qñ vo lumus sed spẽs intelligibi les hñt se vt habitus. ergo intellect⁹ hñs spẽs pt intelligere qñ vult absq fantasmate ¶ Dicendum q duplices sunt habitus. Aliqui sunt habit⁹ quib⁹ vtimur absq aliquo extrinseco. sicut sunt intelle ctus et sinderisis qui sunt habitus a sensiũi pn cipiorum et illis habitibus vtimur qñ volumus absq aliquo extrinseco. Alij sunt habit⁹ quorũ vsus dependet ab aliquo extrinseco et illis habi tibus vti nõ possum⁹ nisi adiuncto tali extrinse co. sicut ptz exemplariter in habitu practico. quia liberalitate vl magnificentia vti nõ possumus absq pecunia. sic etiam spẽbus intelligibilib⁹ vti nõ possum⁹ p statu hui⁹ vite nisi addant fantas mata extrinseca in quibus videatur illud quod vniuersaliter intelligitur.

Arguitur Ymaginatio magis depen det a sensu q intellect⁹ ab ymaginatione. sed ymaginatio pt esse sine sen su. ergo intellectus põt esse absq ymaginatõe. ¶ Dicendum q ymaginatio et intellectio pñt capi dupliciter. Vno modo qñtum ad primã receptio nem spẽꝝ in ymaginatione vl in intellectu. et sic necessario dependet ymaginatio a sensu et intel lectus ab ymaginatõe. Alio mõ accipiunt qñtũ ad opatõem post receptionẽ spẽꝝ. et sic non hñt se equaliter qz tunc intellectio dependet ab yma ginatione .i. a sensu interiori. sed ymaginatõ nõ dependet a sensu exteriori quia vtus ymaginati ua retinet apud se similitudinẽ rei pticularis. et ideo nõ indiget alia similitudine rei pticularis ß intellectus habet apud se similitudinẽ rei vlis. et ideo etiã in sua opatione indiget alia similitudi ne rei pticularis que est in sensibus interiorib⁹.

Arguitur Omne q cõueniet suo qd. sed id quod intellectus in telligit est vle. ergo etiã id mediante quo intelle ctus intelligit erit vle. ergo intellectus nõ intel ligit per fantasmata. ¶ Dicendum q est duplex quo in intellectione. Vnũ est pximũ et pprium scz spẽs itelligibilis et hoc ẽ in itellectu subiectiue. Aliud est quo remotũ scz quo mediante intellectus iu uatur ad intelligendũ vle qd repñtat p spẽm in telligibilem. et hoc quo est fantasma. et ideo in tellectus vtens fantasmate nõ intelligit singu lare nisi qñ vtit fãtasmate reflexe vt pus dictũ est de obiecto intellectus. et ex isto põt sumi cau sa quare sepe obliuiscimur sciam cũ tñ spẽs intel ligibiles semp maneãt apud intellectũ. Rõ põt esse quia fãtasmata pereũt a sensib⁹ interiorib⁹

sine quibus fantasmatib⁹ non pōt esse vsus sci entie vt prius dictum est.

Queritur Utrum cognitio intellectiua dependeat a sensu. Dōm q̄ sic q̄r vnūq̄dq̄ hab; cognosci sicut habet esse. sed res materiales vl'es quas nos cognoscimus nō hn̄t esse nisi in singularib⁹ cū nō habeant esse p se sicut dixit Plato. ergo hn̄t etiam cognosci p singularia sed cognitio singularium fit p sensū. ergo cognitio intellectiua fit et dependet a sensu.

Arguitur Supius nō dependet ab inferiori in sua opatione sed intellectus est supior sensu ergo nō dependet a sensu in sua opatione. Dōm q̄ duplex est supius. Vnū est qđ nihil accipit ab inferioribus et sic deus est supior creaturis. et sic est verū q̄ tale supius nō dependet ab inferiorib⁹. Aliud ē supius qđ sumit obiectū ab inferiori. sicut extra ppositū vt architector sumit suū obiectū a manu artifice. et tale supius pōt impediri ab inferiori. quia architector nō pōt vti naui nisi nauis sit facta et sic intellectus sumit suū obiectū a sensu

Arguitur Aliqs vere sylogisat in somno. sed tūc sensus sūt ligati ergo intellectus nō semp vtit̄ sensu. Dicendū q̄ in somno non ligant̄ sensus interiores quibus vtit̄ intellectus nisi forsan in ebrijs vbi cerebrū est turbatū et tales in somno nō habēt somniū. ß solum ligant̄ sensus exteriores ꝛ illis nō vtit̄ tunc intellectus. Est tn̄ ibi sciendū q̄ in somno fit sylogizatio cū magna deceptione. q̄a fantasmata nō ordinant̄ ƀm imperiū rōnis. et ideo nō corrn̄dēt res conceptibus et sic fit multiplex deceptio.

Est autem fantasia.

Quia Aresto. dixit q̄ intellect⁹ dependet a sensu. etiam prius dictum est q̄ fantasia depēdet a sensu quia est motus sensuū. sic posset apparere q̄ essent idem. ideo Aresto. ponit dr̄iam int̄ fantasiam et intellectū quo ad duas opationes intellectus. Primo ergo quo ad scđam opationem et hoc sic. Fantasia nō est eadem cū intellectu cō ponente et diuidēte. quia talis intellectus semp est verus aut falsus. sed in fantasia nō est veritas vl' falsitas sc; compositionis vel diuisionis q̄uis ibi possit esse veritas adequationis. prius em̄ dictū est q̄ multe fantasie sunt false quibus sc; nō corrn̄det ipa res. sed in fantasia nō est veritas compositōis q̄r illa est solū in obiecto scđe opationis intellectus sicut pus dictū est.

Primi autem intelle.

Hic ponit dr̄iam int̄ fantasiā et intellectum q̄ ad primā opationē intellectus. Et dicit q̄ intellectus ꝛ fantasia habent alia obiecta. quia intellectus est vniu'saliū ƀm eius p̄mā opatōnem. et ipa fantasia est singulariū.

Queritur Utrū aīma sepata a corpore intelligat subas separatas. Dōm q̄ sic quia anima sepata post sepationē est immaterialis et est eiusđe pportionis ad intelligendū sicut sube sepate. quia ergo manifestū est q̄ sube sepate intelligūt se mutuo ergo etiam anima sepata intelligit subas sepatas. Ex quo etiam accipit̄ q̄ sicut suba sepata intelligit seipam p essentiā et nō p spēm intelligibilem. sic etiam aīma sepata a corpe intelligit seipam p essentiā suā. et nō p spēm intelligibilē. sed q̄diu aia est in corpe tūc intelligit se p suum actum et p speciē intelligibilem quia tūc intelligit anima p cōuersionē ad fantasmata. sed post sepatōem nō habet ordinē ad fantasmata ß ad ea que sunt p se intelligibilia. quia vnūq̄dq̄ recipit̄ ad modū recipientis. et vnūq̄dq̄ est in alio ad modū illius in quo est. ideo aīma rationalis impfectius intelligit subas sepatas q̄ intelligit aias sepatas a corpe. et impfectius itelligit substantias sepatas q̄ sube sepate intelligūt seinuicem. Ex quib⁹ oib⁹ pt; q̄ aīa sepata a corpore habet impfectā cognitionē de angelis. et hoc est verū de cognitione naturali.

Arguitur Anima cōiuncta corpi nō pōt intelligere subas separatas. ergo nec anima sepata. aña pbat̄. q̄a est vna anima cōiuncta et separata. Dōm q̄ anima rōnalis pōt dupl'r capi. Vno modo ƀm pfectionē sue nature. et sic anima rōnalis ē perfectior cōiuncta corpori q̄ separata a corpore. cuius rō est quia anima est naturalit̄ pars hoīs. omnis aūt pars est perfectior in natura cōiūcta toti q̄ separata a toto. Alio modo accipit̄ aīa rōnalis ƀm modū et libertatē intelligendi. et sic anima rōnalis separata est liberior et perfectiorem habet modū intelligendi q̄tum ad omnia intelligibilia. impedit em̄ in corpore exn̄s pter grauitatem corporis et nō habet illā libertatem

ad intelligendū corpi cōiuncta sicut post sepatī
onem. et ideo q̄uis intelligat determinatius et
pfectius in corpe ipa materialia tñ sepata intel
ligit plura. sed intelligit materialia impfectiori
mō q̄ nūc itelligit loquēdo de cognitōe naturali

Arguitur Phi posuerūt felicitatem hominis in ꝯgnitōe subaꝝ sepatarū. ergo oportet q̄ anima totalis pfecte cognoscat subas sepatas post sepatōem. ¶ Dicendū q̄ felicitas hominis cōsistit in cognitione sube sepate nō cuiuscūq; sed supme que est de⁹ et illam subam sepatam cognoscit homo felix etiā pfecte. quia deus videt sicuti est. i. p suā essentiaz a quolibet itellectu felici create.

Queritur Utrum anima sepata a corpe intelligat oīa naturalia. ¶ Dōm q̄ anima sepata intelligit ōmia sed sub quadā cōfusione. Prima ps pbat duab⁹ rōnibus. Prima est aīa sepata intelligit p spēs a deo infusas. sed ille modus cognoscendi est connaturalis substantijs sepatis. et ideo per tales spēs omnia cognoscūt pfecte sube sepate. sed aīe cognoscūt p tales spēs res impfecte. et quia ille spēs infuse repñtāt naturalia. sic anima pt omnia naturalia cognoscere. Scōa rō est q̄ ille species infuse sunt ꝓportionate spēbus p quas cognoscit intellectus diuin⁹. sed manifestū est q̄ ille spēs sunt pncipia cognoscendi et faciendi naturalia in intellectu diuino. ergo similit in anima sepata repñtant naturalia. quia tñ dictū ē vnū qdq; recipit ad modū illius in quo est ideo ille spēs ꝓpter impfectionē intellectus nostri faciūt in nostro intellectu impfectam cognitionē et confusam sed faciūt in substantijs sepatis cognitōnem pfectā ꝓpter perfectionē intellectus earum.

Arguitur Ex hoc sequeret q̄ studiū hic factum esset frustra. q̄a deus infundit spēs intelligibiles per quas res intelligunt. ¶ Dōm q̄ est duplex cognitio rerum naturaliū. Una est confusa et indeterminata. et talis habet de rebūs naturalibūs per spēs infusas a deo. Alia est cognitio perfecta et ꝓpria. et talis habet per spēs acquisitas in corpore. et idō phi loquendo de cognitione naturali perfectius cognoscūt res naturales q̄ aīa sepata. et iterū intellectus separatus a pho perfectius ꝯgnoscit res naturales q̄ intellectus separatus ydeote. et ideo sicut anima intelligit subas separatas sub quadā confusione. sic etiā intelligit oīa naturalia sub confusione quadam.

Queritur Utrū aīa separata cognoscat ea que agunt in hac vita. ¶ Dōm q̄ generalit et vniūsalit non cognoscit ea que agunt in hac vita. et hoc pt dupl'r pbari. quia aīe separate nō cognoscūt singularia vl'r. sed illa que agunt circa nos aguntur singulariter. ergo nō cognoscūt ea que agūt circa nos. possunt tñ aliqua singularia cognoscere vt dictuz est. Scōa rō est quia aīe separate cōiungunt substantijs separatis et cōuersatōi earum siue sint bone siue male et ideo cognoscunt subas separatas et actus earū. ergo non cognoscunt ea que agunt apud nos. Loquendo aūt de animabus beatis tunc anime beate cognoscunt illa singularia in essentia diuina que spectāt ad earū accidentalē beatitudinē et ideo cognoscunt orationes ordinatas ad tales animas. Illuminant etiā inferiores angeli de multis singularibus per superiores angelos. et simile pōt dici de animab⁹ beatis q̄ saltē illuminant per angelos Contingit etiā aīas damnatas cognoscere quedam singualaria. q̄ ex illis singularib⁹ accipiūt penā. sic dicit Gregori⁹. Q̄ pena hereticoꝝ semp magis crescit in inferno q̄ūto plures labunt in talem heresim.

Arguitur Anima separata hʒ curā eoꝝ que agunt in hac vita ergo cognoscit ea que agunt in hac vita. Añs ꝓbat de diuite epulone qui cognouit fratres suos et petiuit dici fratrib⁹ suis vt peccata cauerēt ne venirent ad talem mirabilē locū tormentorum. ¶ Dōm q̄ nō est inconueniēs dicere q̄ aīa habeat curam de quibusdā singularibus. q̄ de quibusdam habet anima separata cognitionē per aliquē q̄tuor modoꝝ p̄us dictorū. et sic diues epulo habuit curā de suis fratribus ne ipi venirent ad penā in qua ipe fuit ne ipe magis puniretur Ul' pōt aliter dici q̄ qñq; habem⁹ curā de his q̄ ignoramus. sicut habem⁹ curā de animab⁹ defunctorum faciendo ꝓ eis suffragia et tñ ignoram⁹ an sint dānati vl' nō. Ul' pōt dici q̄ anime damnatorum cognoscūt aliqua singularia per alias animas eis aduenientes et sic est in purgatorio

Arguitur Anime qñq; apparent in istis inferioribūs petēdo suffragia. ergo cognoscūt ista inferiora. ¶ Dōm q̄ hoc fit miraculose vel fit per operationes bonorum vl' malorum āgeloꝝ mortuis ignorātib⁹

et hoc qñqȝ ex dispositōe diuina ad terrorē viuen tiū vel ad instructionem·

Quoniā autē ani

Postq̄ Aresto· determinauit de tribus partib⁹ anime scȝ de vegetatiua sensitiua et intellectiua· hic ꝯñter determinat de alia pte anime scȝ motiua· Et p̄mo dicit de quo est intentio. et dicit sic ꝙ quia aīa diffinita ē ab antiquis ꝑ poñam cognitiuā et motiuā· et de cognitiuis nūc dictum est quia poñe cognitiue sūt sensitiue et intellectiue· nūc consequēter dicendū est de motiua·

Queritur Que sit rō ordinis· ¶ Dicendū ꝙ ista· quia potētie cognitiue de quib⁹ p̄us dictū est sunt p̄ncipium motus localis· q2 ergo p̄us determinandū est de p̄ncipio ideo p̄us de eis fuit determinandum· et sic ordine doctrine p̄us determinandū fuit de illis p̄ncipijs q̄ sunt p̄ncipiū poñe executiue mot⁹ local'

Arguitur Poña localit̄ motiua est nocior et cōmunior potentijs intellectiuis et sensitiuis. ergo debet p̄cedere ¶ Dōm ꝙ in ordine doctrine sūnt duo considerāda scȝ notioritas s̄m ꝙ notiora sunt priora ignotis· et sic poña localit̄ motiua p̄cedit intellectiuā et sensitiuā. Aliud est rō p̄ncipij et s̄m illā rōem poñe cognitiue p̄cedūt motiuā q2 poñe cognitiue sunt p̄ncipiū mot⁹ localis·

Queritur Quid sit poña localiter motiua in animalibus· ¶ Dōm ꝙ poña localit̄ motiua est duplex· quedam est impatiua siue directiua motus localis et tūc poña localiter motiua est ītellectus ⁊ voluntas in homine vtente rōne· vl' sensus et appetitus in homine nō vtente rōne et in alijs aīalibus· q2 homines non vtentes rōne mouent̄ ex sensu et appetitu sicut bruta. Alia est poña motiua executiua motus· et sic significat vnam potentiā que est p̄ncipaliter in corde s̄m ꝙ cor continuat̄ neruis et musculis que sunt in animali· Item ista p̄ncipia p̄nt in animali realit̄ diuidi· quia in quodā aīali pōt inueniri poña localis impatiua absqȝ executiua sicut ptȝ in animalib⁹ h̄ntibus defectū in mēbris corpalibus sicut contingit in febricitantib⁹. In alijs aūt econtra est poña motiua executiua ⁊ nō impatiua sicut in fatuis h̄ntibus vsum membroꝝ· quia indeterminate mouent̄. Aresto· ergo determinat de vtraqȝ potentia et p̄mo de impatiua motus· Scd̄o de executiua motus ibi· Nūc aūt in sūma dicamus·

Habȝ autem dubita·

Consequēter ꝓsequit̄ Aresto· suā intentōem ꝓsequēdo de poña locali motiua impatiua. et q̄a talis poña impatiua cōtinet̄ sub aliquo genere poñe. similit̄ etiā executiua· p̄mo ꝑ modū disputationis inquirit diuisionē poñaꝝ· Et p̄mo premittit diuisionē quā ponebāt antiqui· et dicit ꝙ impossibile est distinguere poñas aīe s̄m opationes spēales anime q2 tales sunt infinite et indeterminate· ergo oportet distinguere ptes anime s̄m opationes in generali. et sic antiqui diuidebant poñas aīe in rōnalem irascibilē et ꝯcupiscibilem. Alij āt diuidūt eas in rōnalē ⁊ irrōnalē.

Secundū enim diffe·

Obijcit contra istas diuisiones quatuor rōnib⁹ Quarū p̄ma stat in hoc. quia mēbra diuidentia debent euacuare totā naturā diuisi sed sūt aliq̄ poñe que nō cōtinent̄ sub pticulis diuisionis sicut sunt poñe vegetatiue et sensitiue· quia poñe tales nec sunt rōnales nec irrōnales nec irascibiles nec concupiscibiles·

Arguitur Sensus sunt irascibiles et ꝯcupiscibiles· q2 virtus concupiscibilis est in sensu cōmuni et irascibilis in v̄tute cogitatiua· ¶ Dōm ꝙ duplices sūt potentie sensitiue· Quedā sunt cognitiue q2 scȝ vl' cognoscunt vl' ordinant̄ ad cognoscendum sicut sunt reseruatiue et de illis Aresto· hic loquit̄. q2 ille poñe sensitiue nō continent̄ sub aliquo membroꝝ· Alio modo accipiunt̄ poñe sensitiue ꝓ sensitiuis appetitiuis· et tūc est verū ꝙ poñ sensitiue cōprehendunt̄ sub irascibili et concupiscibili·

Arguitur Ista diuisio datur ꝑ affirmatōem et negatōem· g° est sufficiēs diuisio· ¶ Dōm ꝙ irrationale capit̄ duplr'· Vno modo pure negatiue s̄m ꝙ dicit̄ irrationale quasi nō rōnale et tunc omnis poña aīe est rōnalis vl' irrōnal'· sed sic irrōnale nō p̄t esse dña constituēs aliquā poñam quia negatō nihil constituit· Alio modo accipit̄ irrōnale p̄uatiue. et sic iterū diuisio nō valet· quia poñe sensitiue in brutis non sunt rōnales nec irrōnales· Et si dicat̄ istam diuisionē ponit Aresto· in fine p̄mi ethicorum· Dōm ꝙ ista diuisio est bona ꝑ accñs si scȝ cōtrahat̄ ad aliqō pticulare subiectū

q̄d est homo. tūc em̄ in homine oēs poñe vel sunt rōnales sicut sunt poñe intellectiue et sensitiue dicunt em̄ sensitiue rōnales poñe nō p essentiā sed pticipationē q2 pticipāt et dirigunt p rōnem in hoīe nō aūt in brutis. Sed vegetatiue sunt tūc irrōnales quia nō pticipant rōem nec dirigunt a ratione.

Adhuc āt et fantasiā.

Hic ponit scd̄am rōem et stat in hoc. Illa diuisio est insufficiēs sub cui9 membris nō continent omnia contenta sub diuiso. sed sic est hic. q̄a ps fantastica cōtinet inter poñas aīme et tn̄ non pōt cōtineri sub aliqua pticula diuisionū prius dictaꝝ. quia nec est rōnalis nec irrationalis nec cōcupiscibilis nec irascibilis. quia pars fantastica est sensitiua cognitiua.

Adhūc autē et appe.

Consequenter ponit tertiā rōnem et stat in hoc. Aliqua est poñā anime que nō cōtinet sub istis membris scz vis appetitiua rōnis scz voluntas q2 nō pt cōtineri sub poñā rōnali cū illa sit cognitiua nec pōt cōtineri sub irascibili vel cōcupiscibili cū tales ptineāt ad sensum. Oportebit ergo ponere tria mēbra appetitus sic q diuidat appetitus in appetitū irascibilem concupiscibilem et voluntatem.

Et etiam de quo nunc

Quarta ratio est quia est etiā vna poñā localiter motiua de qua nūc diximus que nō pōt cōtineri sub aliquo mēbroꝝ diuidentiū. ergo illa diuisio non est bene assignata.

Sed de motu scd̄ū.

Hic pcedit ad pncipale ppositum scz inquirēdo q̄d sit pncipiū mot9 localis in aīalib9. et primo pcedit disputatiue. Scd̄o ponit veritatem ibi: Videt aūt. Ostēdit ergo q poñā vegetatiua non sit pncipiū motus localis. Scd̄m q nec ps sensitiua. Tertio q nec rōcinatiua. Quarto q nec appetitus. Circa pmū ponit duas rationes quarum pma stat in hoc. Motus pgressiu9 de q̄ iā loqmur fit pm aliqd ymaginatū et desideratum qd pbat Aresto. q2 aīal nihil appetēs vel fugiēs non mouet. sed manifestū est q ps vegetatiua nō est cognitiua ergo non potest esse principium motus localis.

Amplius autē et plā.

Hic ponit scd̄am rōnem ad idem et stat in hoc. Si ps vegetatiua esset pncipiū motus localis pgressiui. ergo etiā plante mouerent localiter et haberent partes organicas aptas ad hunc motum qd est falsum. sequela tn̄ ptz quia posito pncipio etiam ponitur principiatum.

Arguitur.

In plantis est mot9 localis qui nō fit ibi nisi a potentijs vegetatiuis q2 nullas alias hn̄t g° rē. Dicēdm q in plantis nō est poñā motiua localis pgressiua de qua hic loqmur licet ibi sit motus pm dilatationem vel constrictionē vel pm augmentū et decrementū et talis mot9 etiā pt esse in vegetabilibus et illoꝝ motuū pncipiū pt esse potentia vegetatiua.

Similiter autē neqꝫ.

Hic pbat q pars sensitiua nō pōt esse pncipiū motus localis. et stat rō in hoc. q2 si sensus esset sufficiens pncipiū motus localis pgressiui. ergo vbicunqꝫ est sensus ibi erit motus localis pgressiu9. q2 posita cā ponit effectus sed hoc est falsū. Quia omnib9 aīalib9 inest sensus sed non oīa mouent localiter sicut conche et ostree. et qd nō moueant localiter pbat Aresto. sic q2 natura in pfectis nō deficit in necessarijs. sed ista aīmalia sunt pfecta. ergo natura puidissꝫ eis organa ad motū localem. sed manifestū est q natura non dedit eis organa ad talem motū. ergo etiam nō mouent localiter. Maior ptz quia natura dirigitur ab intelligentia nō errante. et ergo nō deficit in necessarijs. Minorē pbat Aresto. quia hoc est pfectū qd sibi pōt generare simile. sed ista animalia pn̄t generare sibi simile. ergo sunt pfecta. Vult ergo Aresto. q sint perfecta in sua spē licet sint impfecta p cōparationē ad alias spēs aialis.

At vero neqꝫ ratioci.

Hic pbat q intellectus nō est pncipiū mot9 localis et pmo de intellectu speculatiuo. Scd̄o de intellectu practico. et stat pma ratō in hoc. Ille intellectus nō est pncipiū motus localis qui nō cōsiderat agibile vel fugibile psequi. sed intellect9 speculatiu9 nō considerat aliqd agibile aut fugibile. ergo nō est pncipiū motus localis. Maior ptz quia illa est rō quare aīal nūc mouet et non pus. quia nunc mittitur aliquid fugere magis q̄

pus. Minor pt3 quia intellectus speculatiu9 so-lum considerat aliquod speculabile. et ideo addit Aresto. q multotiens intelligim9 aliqd delecta-bile aut triste et tñ intellectus nõ incipit timere vl desiderare. et hoc ideo quia hoc intelligim9 solū speculatiue et nõ practice. i. p applicatõez ad op9

Amplius et p̄cipiēte.

Consequēter ostdit Aresto. q intellect9 practic9 nõ sit p̄ncipiū mot9 localis. et stat ratio in hoc. Illud nõ est p̄ncipiū motus localis sufficiēs ad qd nõ sequūt illa que mouent localiter. sed illa que mouent localiter non semp sequūtur intelle-ctum practicū sed oppositū il9 qd p̄cipit intelle-ctus practicus. q2 agūt p̄m cõcupiscentiā sicut pa-tet in incõtinentib9 quia illi mouent ad hoc qd p̄cipit ab eis p concupiscētiā. ergo intellect9 pra-cticus nõ est sufficiēs p̄ncipium motus localis. Et Aresto. ponit simile in medicinis quia medi-cus hñs artem medicine nõ semp sanat quia nõ semp opatur p̄m intellectū practicum id est p̄m regulas medicine.

Queritur Que sit dr̃ia inter incon-tinentē et intpatū. Di-cendum q intpatus dicit ille qui peccat ex malo habitu et signū illius est si delectet in malo. q2 signū generati habitus est delectatio opis siue hoc sit bonū siue malū. et ideo Aresto. tercio ethi-co2 compat eū palitico qui habet habitū infirmi-tatis. sed incõtinens dicit qui peccat ex passione etiā si habet cõtrariū habitū. et ideo in tali intel-lectus practicus p̄cipit aliqd faciendū et tñ facit oppositū ꝓpter appetitū sensitiuū qui trahit ad oppositū. et dicit incõtinēs quasi nõ simul tenēs cū rõne. i. nõ opat p̄m iudiciū rationis

At uero neq3 appeti.

Hic cõsequēter pbat q appetitus sensitiu9 non sit p̄ncipiū sufficiēs motus localis. q2 illud non est p̄ncipiū sufficiēs mot9 localis ad qd nõ sem-per sequit mot9 localis. sed sic est de appetitu sen-sitiuo. quia hoc p̄ncipiū ea que mouent semp nõ ꝓsequūt sed ꝓsequūt hoc qd eis repn̄tat p intel-lectū sicut pt3 in cõtinentib9. ergo appetitus sen-sitiu9 nõ est p̄ncipiū sufficiēs mot9 localis.

Videntur autem due.

Postq Aresto. disputatiue inq̄siuit de p̄ncipio motus localis. hic cõsequēter ostdit veritatem. et vult q intellectus et appetitus sunt p̄ncipiū motus localis sic tñ q sub intellectu comp̄hendat fanta-sia. et rõ stat in hoc. Illud est p̄ncipiū motus qd sequūt omnia illa que mouent sed omnia q mo-uent localiter vl sequūt intellectū et appetitū intellectiuū sicut homines viuentes p̄m ratione vl sequūt fantasiā et appetitum sensitiuū sicut bruta et homines relinquētes rõem. ergo illa sūt sufficiens p̄ncipiū motus localis. Maior pt3 q2 ex hoc q aliqua sequūt p̄ncipiū impatiuū mot9 sic executiue mouent. Exemplū. quia ex hoc q in-tellectus cognoscit aliquid bonū et volūtas im-pat illud sic sequit vlterius executio motus per membra exteriora. Simile est in brutis q2 si bru-tum cognoscat aliqd bonū sensibile tunc statim nisi aliquis impediat sequit mot9 localis ad ꝓ-secutionem talis boni.

Queritur Quare sub intellectu põt comp̄hendi fātasia. Di-cendū q ideo. quia sicut intellectus mouet in ab-sentia intelligibiliū sc3 p spēm intelligibilē q re-seruat in intellectu. ita etiam fātasia mouetur in absentia sensibiliū p spēm sensibilem retentā in sensu interiori. Secūdo dicit q q2 supiora inclu-dunt inferiora vtualiter et excellenter. sic pt in-telligentia que est supior ad fantasiā comp̄hen-dere sub se fātasiā sicut pfectū includit impfectū.

Intellectus autē qui.

Postq Aresto. posuit duo p̄ncipia mouētia im-patiua. iam ꝯñter reducit illa duo mouētia ad vnū. et vult q hoc vnū p̄ncipiū motiuū est appe-tibile. et hoc sic pbat quia intellectus qui mouet localiter impatiue est practicus. sed intellectus practicus mouet ab eode a quo appetitus sc3 ab appetibili. ergo est vnū p̄ncipiū mouendi sc3 ap-petibile. Circa pmā ptem est considerandum q intellectus practicus et speculatiu9 drñt fine. quia intellectus speculatiu9 nõ ordinat ad aliqd opus. sed intellectus practicus ordinat ad aliqd opus. et ideo appetibile est p̄ncipiū intellect9 pra-ctici. et hoc ideo quia appetitus est circa aliquod bonū qd est finis. sed finis est p̄ncipiū actionis et intellectus practici agentis. et ideo pma mo-tio ipsi9 intellectus practici incipit a fine. et sic est de appetitu sensitiuo et de fātasia q2 fātasia nõ mouet sine appetitu sensitiuo.

Queritur Quare appetitus nõ mo-uet sub rõe itellectus sicut

intellectus mouet sub rõe appetit⁹.i.quare intelligibile nõ est pncipiũ mot⁹ localis sicut appetibile. ¶ Dõm q intellect⁹ nõ mouet sine appetitu. q intellect⁹ se habet naturalr ad opposita.ḡ nõ pt fieri mot⁹ nisi aliqd mouẽs determinet ad vnũ talis aũt determinatio fit p appetitũ.ergo intellectus nõ mouet nisi sub rõe appetitus.et iõ appetibile est pncipiũ mot⁹ localis. Exempli grã.p intellectũ aliqs cõcipit ambulatõem ad aliquẽ locũ et nõ ambulatõem ad illũ locũ.g⁹ intellectus absolute accept⁹ nõ est pncipiũ mouẽdi nisi ḡm q determinat p appetitũ qui determinat ad vnũ. Et hoc est qd dicit cõmẽto.in textu q intellectus nõ est mouẽs sine appetitu sensitiuo vl intellectiuo.intellectiuo quidẽ q volũtas est appetitus pt tñ cõtra appetit⁹ mouere pter rõem sicut pz de appetitu sensitiuo. Et est cõsiderandũ q Arestotiles plus loquit de cõcupiscẽtia q de ira.q cõcupiscentia nihil pticipat de rõe sed ira pticipat rõem licet nõ ḡm debitũ modũ.et ideo iracundi sunt plus laudabiles q intpati.q passio ire trahit ex origine cõplexionis.sed cõcupiscentia fit ex consuetudine quã aliqs derelinquere pt

Queritur Utrũ voluntas moueat intellectũ vl intellect⁹ voluntatẽ. ¶ Dõm q aliqd dicit aliud mouere dupliciť. Uno mõ p modũ finis.et illo mõ itellect⁹ mouet voluntatẽ q bonũ intellectũ est obiectum volũtatis.obiectũ aũt est finis potẽe. Alio modo aliqd mouet alterũ in rõe agẽtis.et sic voluntas mouet intellectũ ⁊ alias inferiores vires. Ratio pmi est q oĩs appetit⁹ est de se cecus.i.appetit⁹ nõ habz apud se spẽm p quã fit cognitio.g⁹ oportet q cognitio fiat p aliquã potẽam cognitiuã.et post illã cognitõem sequit inclinatio in aliud q inclinatio est appetit⁹.sicut ergo potẽa sensitiua cognitiua pñtat obiectũ appetitui sensitiuo.ita etiã intellect⁹ pñtat obiectũ suo appetitui scz volũtati.et sic mouet voluntatẽ p modũ finis. Rõ sc̃di est q in oĩbus potentijs subordinatis supior potẽa q respicit finẽ vlem mouet alias potentias q respiciũt fines pticulares.sed volũtas respicit bonũ et finẽ in cõi tãq suũ obiectũ. quelibet aũt alia potẽa tendit in aliqd singulare bonũ sicut visus tendit in cognitõem coloris.intellectus in cognitõem veri q sũt quedã bona pticularia.g⁹ voluntas mouet alias potẽas ad suos actus. Maior pbat inductiue tam ĩ naturalib⁹ q in politicis. Uidem⁹ eñ in naturalib⁹ q celũ mouet ista inferiora effectiue.et hoc ideo q celũ vlr mouet ad generatõem generabiliũ et corruptibiliũ.alia aũt corpa hñt quosdã pticulares effectus circa generabilia et corruptibilia. Silr est in politicis quia rex q intendit cõi bono mouet oẽs alios inferiores.quia inferiores nõ intendũt bono cõi sed aliquo pticulari bono.

Queritur Utrũ intellect⁹ sit nobilior volũtate vl econtra. ¶ Dõm q intellect⁹ est simplr nobilior volũtate.sed volũtas est dignior intellectu ḡm qd.pbatio pmi est.qa nobilitas potẽe simplr debet sumi ex illo a quo sumitur natura potẽe.natura aũt potẽe sumit p compatõem ad obiectũ.sed intellectus obiectũ est dign⁹ obiecto volũtatis.g⁹ intellect⁹ simplr et in sua natura est dignior volũtate. Minor pbat quia obiectũ intellect⁹ est immateriali⁹ simplicius ⁊ abstractius. Est eñ obiectũ volũtatis bonũ agibile qd inuenit in reb⁹ exterioribus.sed obiectũ intellect⁹ est quiditas rei materialis siue rõ rei.sed rõ rei est simplicior q ipa res. Scdã ps patet quia volũtas fert in rẽ ḡm q in se ẽ.sicut intellect⁹ fert in rem ḡm q p spẽm accipit.contingit ergo q aliq res nõ pñt accipi p spẽm sicut sunt immaterialia.⁊ tñ volũtas pt tendere in illas res.ergo quo ad illa immaterialia volũtas est supior.quia volũtas pt cõpatr ill' cõiungi in hac vita.sed illa nõ pñt p intellectũ cognosci. Põt etiã pbari idem ex alio quia illa potẽa est dignior q habet digniorẽ habitũ.sed intellectus habz digniorẽ naturalẽ habitũ scz sapientiã.et volũtas habz iusticiã.sed sapia est multo altior iusticia.ergo intellect⁹ est altior volũtate et nobilior.

Arguitur Uoluntas est simplr nobilior intellectu. pbat qa obiectũ volũtatis ẽ vlis finis qui ẽ pma causa et pfectissima sicut dicit scđo phoꝝ. ¶ Dõm q obiectũ voluntatis scz bonũ et obiectũ intellect⁹ scz quiditas pñt duplr adinuicẽ compari. Uno mõ ḡm viã causalitatis.et sic obiectũ volũtatis est dign⁹ quia causalitas respicit bonũ quia bonũ est diffusiuũ suijpsi⁹.et dicit Aug⁹.quia de⁹ bon⁹ est summus.sed create pticipant bonitatẽ ab illo et ex hoc arguit q volũtas mouet intellectũ effectiue vt dictũ est. Alio mõ compant adinuicẽ bonũ et verũ ḡm simplicitatẽ nature vtriusqz.et sic verũ est simplicius bono quia ḡm Aresto. sexto metaphisice.bonũ et malũ sunt in reb⁹.verum et

falsum in anima. sed aliq̄d est simplici⁹ ꝛ dign⁹ in anima ꝙ̄ in rebus.

Arguitur Intellectus p̄cedit volun tatē naturalit̄. ergo ē im pfectioꝛ cū p̄oꝛa sint īpfectioꝛa. ¶ Dōm ꝙ dupli citer aliquid est p̄us alio naturalit̄. Uno modo via generationis et in eodem. et sic imperfectioꝛa sunt p̄oꝛa pfectis. qꝛ idem naturalit̄ ducit̄ ab im pfecto ad pfectū. et sic intellectus nō est p̄oꝛ vo luntate. Alio mō aliquid p̄cedit aliud naturali ter in diuersis et via pfectōis. et illo mō intelle ctus est p̄oꝛ volūtate. Cui⁹ rō est qꝛ finis via p fectionis est p̄oꝛ alijs causis. cū ergo intellectus moueat voluntatē finaliter sicut dictū est. ergo p̄cedit voluntatē via pfectionis.

Arguitur Uoluntas nō mouet intel lectū quia mouēs est nobi lius moto. sed volūtas nō est nobilioꝛ intellectu ergo nō mouet intellectū. ¶ Dōm ꝙ tam volū tas ꝙ̄ intellect⁹ capiunt̄ dupl'r. Uno mō accipit̄ intellect⁹ put est apphensiu⁹ veri et entis in vl'i Alio mō s̄m ꝙ est determinata poña aīe habēs dēminatū actū. Sil'r volūtas capit̄ dupl'r. Uno mō s̄m cōitatem sui obiecti qḋ est bonū in cōi. Alio mō put est dēminata poña hn̄s dēmina tum actū. Tunc est dōm ꝙ omnib⁹ istis modis intellectus est nobilioꝛ voluntate excepto vno⁹ scꝫ s̄m ꝙ intellectus est determinata poña hn̄s dēminatū actū. et volūtas sumit̄ s̄m cōitatē sui obiecti. sic eī obiectū intellect⁹ cōphendit̄ sub obiecto voluntatis. quia tūc intellectus est circa aliqḋ pticulare bonū. sed omnib⁹ alijs modis in tellectus est dignioꝛ. Uerum est ergo ꝙ volūtas mouet intellectum s̄m ꝙ est poña siue vtus re spectu finis et ipius boni in cōi et s̄m ꝙ intelle ctus est dēminata poña ꝛ illo mō volūtas est dignioꝛ intellectu. Etiā dōm ꝙ omne mouēs in ꝙ̄tum mouēs est digni⁹ moto. sed volūtas non mouet intellectum quocūꝗ mō sed solū inꝙ̄tum habet obiectū qḋ est bonū in cōi. et illo modo vo lūtas mouet itellectū inꝙ̄tū est vna dēminata pticularis poña cū hoc modo etiam volūtas sit dignioꝛ intellectu.

Arguitur Mouēs nō mouet̄ a mo to nisi p accn̄s. sed intelle ctus mouet volūtatem. ergo volūtas nō mouet intellectū. ¶ Dōm ꝙ mouēs nō mouet̄ a moto eo modo quo mouet. Intellect⁹ eī nō mouet vo luntatē eo modo quo mouet̄ a volūtate. qꝛ intel lectus mouet voluntatē finaliter ꝛ obiectaliter s̄ volūtas mouet intellectū effectiue. q̄a dirigit oēs alias poñas ad opandū.

Arguitur Si intellect⁹ moueret vo luntatē ꝛ volūtas intelle ctum tūc esset pcessus in infinitū. ¶ Dōm ꝙ est status in intellectu quia cēm motum volūtatis p̄cedit motus intellect⁹. cū volūtas de se sit ceca et nō inclinet̄ ad aliqḋ nisi p̄sentet̄ p intellectum sed nō opoꝛtet ꝙ intellect⁹ noster semp moueat̄ a voluntate nostra. sed ad intelligendū p̄ma in telligibilia mouet̄ a voluntate diuina sicut dicit Aresto. in tractatu de bona foꝛtuna. ꝙ principi ūm ꝯsiliandi primū est altius intellectu nostro. volūtas aūt nrā nō est altioꝛ intellectu sicut di ctum est. ergo intelligit hoc de intellectu diuino.

Intellectus quidem.

Hic Aresto. ex p̄dictis assignat cām quare sepe erramus in actionib⁹ nostris. q̄a eī dictū est ꝙ nos mouemur ad agendū ex appetitu. q̄a scꝫ ap petibile est p̄mū p̄ncipium mot⁹ ꝛ actionis. ideo dicit Aresto. ꝙ ꝙ̄uis intellectus sit semp rectus scꝫ ille intellectus qui est p̄ncipium opatōis scꝫ intellectus practicus. quia ille habet vnum habi tum q̄ vocat̄ sinderisis apt quē habitum rō dep cat̄ ad optima. Quia tn̄ fantasia ꝛ appetit⁹ sen sitiu⁹ qn̄ꝗ hn̄t rectitudinē et qn̄ꝗ non. ideo con tingit fieri opatōem s̄m iudicium fantasie ꝛ ap petit⁹ sensitiui. talis āt appetitus sensitiu⁹ est cir ca bonum apparēs. ideo pōt in hoc bono fieri er roꝛ. ¶ Circa istud est sciēdū ꝙ in qualibꝫ actiōe nostra intellectus opatu⁹ implicite vtit̄ sylogis mo practico. cui⁹ maioꝛē ponit intellectus practi cus. et si idē intellect⁹ subsumat minoꝛē tunc nō fit erroꝛ in cōclusione. sed si minoꝛ subsumat̄ per fantasiā et appetitum sensitiuū tunc ī ꝯclusione fit erroꝛ. quia s̄m loycos cōclusio sequit̄ debilioꝛē ptem p̄missaꝝ. qꝛ ergo maioꝛ est vl'is et minoꝛ p ticularis ꝯclusio erit pticularis. Exempli gratia Intellectus practicus assumit in qualibet opati one istā ꝓpōem. omne bonum est faciendum. q̄n tunc sub tali ꝓpōne intellectus practic⁹ subsumit aliqḋ simpl'r bonum. Exēpli grā. visitare ecclesi am est bonum. vl' diligent̄ studere est bonū. tunc nō fit erroꝛ in cōclusione. si āt fantasia siue ap petitus inferioꝛ subsumat sic. delectari in aliquo p̄ter rōem est bonum. tunc male ꝯcludit̄. et ideo dicit Aresto tertio ethicoꝝ ꝙ omnis malus est

ignorās q2 omnis malus ignorat .i. errat in sub
sumptōe minoris ꝓpōis in sylogismo practico. et
etiam q2 ignorat in eligendo q2 ꝓponit sensuali
tatem rationi.

Diuidētibus autem.

Hic Aresto. excludit diuisionē quā ponebāt an
tiqui de potentijs aīe diuidentes poñas anime
in rōnalem irascibilem et concupiscibilē. Et vult
ꝙ multe sunt poñe anime que plus dr̄nt ꝙ̄ iste
poñe anime scʒ cōsiliatiuū appetitiuū vegetatiuū
et intellectiuū. Et hoc accipiēdo cōsiliatiuū pro
prie ꝓut est aliqd spectans ad intellectum. et ap
petitiuū ꝑ appetitiuo sensitiuo. quia tūc appetiti
uū et cōsiliatiuū pn̄t realiter diuidi in diuersis.
In brutis eñ ē appetitiuū et nō cōsiliatiuū. Si
militer vegetatiuū et intellectiuū pn̄t realit̄ diui
di scʒ in plantis et in hominibus. ergo ista plus
differunt.

Quoniā autem appe.

Hic excludit vnā rōem que ꝑus videbaẗ ꝓbare
ꝙ appetitus nō esset ꝑncipiū mot⁹ localis. quia
dictū fuit ꝙ cōtinētes nō sequūtur appetitū. q̄a
sequūẗ rōeʒ. Vult ergo Aresto. ꝙ oīa q̄ mouenẗ
sequūẗ appetitū. et q̄uis cōtinētes ⁊ v̄tuosi non
sequanẗ appetitū sensitiuū tn̄ sequunẗ appetitū
intellectiuū. Vñ addit ꝙ in homine sunt cōtrarij
appetitus scʒ intellectiuus et sensitiu⁹. et hoc sic
ꝓbat quia qñqʒ in vno homine de eodē sunt con
trarij motus ƀm appetitū q2 ꝯcupiscentia. i. appe
titus sensitiu⁹ cognoscens aliqd iā bonū. i. bonū
vt nūc iudicat hoc esse appetendū et ꝓsequendū
sed intellect⁹ qui cognoscit etiā futurū iubʒ retra
here. i. iubet nō ꝓsequi hoc qd appetiẗ ꝑ appeti
tū sensitiuū q2 in futuro aliqd malū culpe et pe
ne sequi pōt. Exempli grā extra textum. In die
ieiunij appetitus sensitiu⁹ iudicat cibū esse capi
endū quia hoc est ꝓ nūc delectabile. sed intellect⁹
qui etiā cognoscit futurū sciens ꝙ pena sequetur
ex fractione ieiunij iubet cibū non esse capiendū
Et istis consonāt v̄ba apl̄i. Caro. i. appetitus
sensitiu⁹ corpalis ꝯcupiscit aduersus spm̄. Et ite
rū addit. Video aliā legē esse in membris meis. i.
ī appetitu iferiori repugnātē legi mentis mee. i.
intellectui. ¶ Ex isto textu pōt ꝓbabilit̄ elici ꝙ
Aresto. fuit de statu saluandoꝝ quia in lege na
ture requirebaẗ et sufficiebat ꝙ homo cognosceret
suā naturā esse cōfractam et ꝙ ꝓpt̄ talem ꝯfra
ctionem nature homo desideraret vnū repatorē
nature. quia ergo Aresto. in isto textu satis di
cit et cognoscit naturā hominis esse ꝯfractam et
diuisaʒ in duas ptes. Et in libro de pomo ⁊ mor
te inuocat repatorē nature ideo pōt satis ꝓba
biliter sumi ꝙ Aresto. fuit de nūo saluandorum

Queritur

Quō differenẗ se habēt ad cognoscendū tres sen
sus exterior. sensus interior. intellect⁹ creatus et
intellectus diuin⁹. ¶ Dōm ꝙ sensus exterior so
lum cognoscit pn̄s. sed interior pn̄s et p̄teritum
quia memoria est p̄teritoꝝ. Sed intellect⁹ crea
tus cognoscit pn̄s p̄teritū et futurū sicut est in
sua causa. sicut nūc astrologi cognoscunt futurā
eclipsim ex motu celi qui ē causa eclipsis. Sʒ in
tellectus diuin⁹ cognoscit pn̄s p̄teritū et futurū
ƀm se. Rō est quia cognoscit omnia in nūc eter
nitatis. sed nūc eternitatis ambit omne temp⁹.
Et ideo bñ dicit Aresto. ꝙ itellect⁹ iubet retrahe
re ab illo ꝙ sensus iudicat esse faciendū ꝓpt̄ fu
turū ꝙ scʒ intellectus ꝯgnoscit ƀm ꝙ ē in sua cā.

Queritur

Vtrū ista rebellio inferio
ris appetitus et supioris
appetitus sit naturalis vl̄ contra naturā ¶ Di
cendū qd natura humana capiẗ dupl̄r. Vno mō
ƀm ꝙ est instituta in ꝑmo statu innocētie. ⁊ sic
ista rebellio et inobedientia est omnino cōtra na
turam. q2 in isto statu innocentie in aīa fuit ori
ginalis iusticia qua vires inferiores imobiliẗ sub
debanẗ supiorib⁹ virib⁹. et ideo nihil poterāt infe
riores vires appetere nisi qd fuit deliberatū per
vires supiores scʒ ꝑ rōem. Alio mō accipiẗ natu
ra humana ƀm se. et sic ista inobedientia siue re
bellio pōt capi dupl̄r. Vno mō ƀm ꝙ trahit rōeʒ
a sua rectitudine. ⁊ sic iterū ista rebellio est inna
turalis quia in tali motione fit pctm̄. sed omne
pctm̄ ƀm Damascenū est cōtra naturā. ergo etiā
illa motio qua sic vires inferiores mouent est
contra naturā. Et rō est quia dicit Aresto. ista
ꝙ sicut spera mouet sperā ita appetitus appeti
tū. sed naturale est ꝙ supior spera moueat in
feriores. sed omnino esset cōtra naturā ꝙ inferi
or spera traheret supiorē a sua rectitudine. Alio
mō p̄t capi appetitus ƀm ꝙ absolute ferẗ in suū
obiectū absqʒ hoc ꝙ trahat rōem. et sic appetit⁹
inferior est naturalis quia naturale est cuilibet
poñe ꝙ feraẗ in suū obiectū.

Queritur

Vtrū appetitus sit spēa
lis poña aīe. ¶ Dōm ꝙ

sic. Et rō est. quia ad qualibet formā creatam sequit inclinatio. sed anima est forma creata. ergo habebit inclinatōem. sed inclinatio anime in res est appetitus. ergo in aīa est appetitus. Maior ptz quia omne imperfectū naturalit appetit pfici sed oīs forma creata est imperfecta tāq̄ distās a pncipio pfectionis. ergo oīs forma creata tēdit ad pfectionē. Hic etiā suba sepata est imperfecta respectu prime cause.

Queritur Utrū in omnib⁹ reb⁹ creatis sit idē appetit⁹. ¶ Dicendū q̄ nō. Et rō est quia sicut ad formā creatam sequit appetit⁹ vt dictū est. ita ad altiorē formā creatā sequit altior appetitus. In his g⁹ entibus que cognitōe carēt sicut in pure naturalibus in q̄bus sic inuenit forma determinās ad vnū esse scʒ naturale. ita etiā ibi inuenit appetitus naturalis tm̄. quia inclinatio illa nō sequitur cognitōem sed naturam rei. sicut em̄ materia appetit formā sic forma finē. Hʒ in hn̄tibus cognitōem vbi ens nō solū habet esse naturale p subalem formā. sed etiā recipit in se formas et similitudines aliarū rerū vt est in aīatis. sicut sensus recipit spēs sensibiles. et intellectus spēs intelligibiles. et hoc idō quia q̄to aliqua res pl⁹ accedit ad dei similitudinē tanto plura in eo existunt quia in deo omnia excellenter existūt ʒm Dyonisiū. isti ergo enti animato cōuenit altior inclinatō. et sic nō solū inclinat ad ea que sibi cōueniūt ex forma naturali ʒm quem modū in eo est appetitus naturalis. sed etiā in eo est inclinatio ex formis receptis ab extra scʒ ex formis sensibilibus vel intelligibilib⁹. et q̄ ista inclinatio sequit cognitōem necesse est dicere q̄ sit spālis potēa anime. hoc aūt nō est verū de appetitu naturali quia talis appetit⁹ naturalis nō est res distincta ab eo in quo est talis appetitus. sic appetitus materie est ipamet materia. sed appetit⁹ sensitiu⁹ nō est ipa anima sensitiua sed spālis potēa anime. Et per hoc soluit argumentum quo

Arguitur Appetē ē cōe aīatis ⁊ inaīatis g° n̄ ē potēa ipius aīe. q̄ inaīata nō hn̄t aīaʒ. ¶ Dōm q̄ appetere cōuenit alicui dupl̄r. Uno mō ex forma ʒm quā res est. et talis appetit⁹ est in inaīatis et non est potēa anime. Alius est appetit⁹ qui conuenit alicui ꝑ̄t formā q̄ est pncipiū cognitōis alicui⁹ rei. et talis appetitus est spālis potēa aīe. quia talis inclinatio cōiungit alicui potēe cognitiue. ⁊ sic oportet q̄ ibi sit aliqua forma supaddita.

Arguitur Appetere est cōe oī potēe anime. q̄ oīs potēa appetit suū obiectū sicut suū bonū et finē. ¶ Dōm q̄ nō est incōueniēs in potentiis anime esse duplicem appetitū scʒ naturalē ʒm quē potēe appetūt sua obiecta sicut oīa pfectibilia appetūt suas pfectiones. et p̄t hoc in potēiis cognitiuis est aliquis altior appetitus qui conuenit eis post obiectum cognitū. Illa aūt inclinatio est altior que cōuenit potēiis ex cognitione q̄ illa que cōuenit eis ex natura. Unde in intellectu est appetitus naturalis quo scʒ appetitu. omnis hō naturalit scire desiderat. quia p talem appetitū intellectus inclinat in suū obiectū. et p̄t hoc est appetit⁹ intellectualis quo intellectus tendit in hoc q̄d est cognitum p intellectum.

Arguitur Omnis appetit⁹ sequit cognitōem. ergo nullus ē appetitus naturalis. ¶ Dōm q̄ est duplex cognitio. Una est que est cōiuncta illi q̄d appetit. ⁊ sic añs est falsum in appetitu naturali. sed est verū in appetitu animali ⁊ intellectuali. q̄a ibi cognitio est ɔiuncta illi q̄d appetit. Alio modo accipitur cognitio generalit ꝑ cognitione ɔiuncta illi q̄d appetit vl̄ sepata ab eo. et sic añs etiā est verum de appetitu naturali. quia ille appetitus sequit cognitōem que est sepata ab eo q̄d appetit vt ignis p appetitū inclinat ad locū sursum. sed illum locū nō cognoscit ignis sed natura vniuersalis dirigit ignem ad locū sursum.

Arguitur Appetitus sequit formā apphensam. ergo non est potēa anime. ¶ Dōm q̄ ista ꝓpō p̄t dupl̄r intelligi. Uno modo capiendo appetitū ꝑ actu appetendi. et sic est verum q̄ actus appetendi sequit cognitōem et formā apphensam. quia cognitio est solum ex forma apphensa. Alio modo accipit appetitus ꝑ potēa appetendi et sic adhuc capit dupl̄r. Uno modo ʒm se et sic ꝓpō est falsa. q̄a potēa nō sequit talē formā apphensaʒ sed p̄cedit eam cū oīs potēa naturalis sit cū aīa ꝓducat. ʒ forma apphensa p actū aīe acquirit. Alio modo accipit illa locutio quo ad nos. et sic ꝓpō est vera quia nos distinguim⁹ duos appetitus ʒm formā apphensam. vl̄ sensibiliter et sic est appetit⁹ sensitiu⁹. vl̄ itelligibilit ⁊ sic ē appetit⁹ itellectiu⁹.

Arguitur Item est obiectū potēe appetitiue et cognitiue. ergo

sunt vna potentia. ¶ Respondetur quod quamuis sit idem obiectum materialiter acceptum quod appetitur et cognoscitur tamen hoc idem sub alia formali ratione appetitur et cognoscitur. quia cognoscitur sub ratione veri et appetitur sub ratione boni. et ratio est quia omnia bonum appetunt. sufficit ergo quod sit alia formalis ratio in cognoscibili et appetibili.

Queritur
Utrum diuidatur appetitus qui est potentia anime. ¶ Respondetur quod diuiditur in sensitiuum et in intellectiuum. et ratio est duplex. Prima est quia ad altiorem formam sequitur altior appetitus et perfectior. sed manifestum est quod intellectus est altior forma quam sensus. ergo etiam habebit altiorem appetitum. Ille ergo appetitus qui sequitur intellectum vocatur voluntas. que nihil aliud est quam inclinatio ad bonum apprehensum per intellectum. Secunda ratio stat in hoc. Omnis potentia passiua est distinguibilis secundum distinctionem potentie actiue. quia oportet agens et patiens esse proportionata adinuicem et necesse est actiuum proportionari passiuo. quia ergo potentia appetitiua est passiua et nata est moueri ab apprehenso per potentiam cognitiuam ideo oportet talem potentiam distingui secundum ordinem ad apprehensum per potentiam cognitiuam. sed manifestum est quod alterius generis est illud quod est apprehensum per intellectum scilicet vniuersale. et alterius generis est illud quod est apprehensum per sensum scilicet particulare ergo etiam oportet illos duos appetitus distingui. Et ex ista ratione potest formari planior ratio talis scilicet Potentie distinguuntur per obiecta. sed obiectum appetitus sensitiui est apprehensum per sensum et obiectum appetitus intellectiui est apprehensum per intellectum sed illa sunt diuersa ergo potentie sunt diuerse. Maior patet ex prius dictis. quia omnis appetitus de se est cecus ideo oportet quod moueatur a potentia cognitiua et ab obiecto eius.

Arguitur
